FABII GLISSENTI
BREVIS TRACTATUS
In quo
DE
LAPIDE PHILOSOPHORUM
MORALITER DISSE-RITUR.
Latinitate donatus
à
LAURENTIO STRAUSSIO.
Med. D. & Prof. P.

GISSÆ,
Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,
Academiæ Typogr. cIↃ IↃC LXXI.

[illegible]

Nobilissimo, atq; Excellentissimo
VIRO
DN. CAROLO SPONIO,
Doctori Medicinæ Monspeliensi,
Collegio Medicorum Lugdunensium Aggregato meritissimo,
Dn: Fautori & Amico honoratissimo.
Perennem εὐδαιμονίαν.

Cùm ante dimidium annum, & quod excurrit, nundinas Francofurtenses frequentaturus, Filium Tuum, Medicinæ Doctorem, in ædibus Dn. Soceri mei plur. venerandi, præter omnem spem & expectationẽ, offenderem, dici non potest, quantâ animum meum voluptate adspectus tàm jucundus affecerit. Nam, ut omittam, quòd & in vultu bonæ mentis index modestia, & [illegible] sermone, ac moribus probitas & eruditio m[illegible] elucebant, pleraquè sanè benevolentiæ

&affect⁹ Tui erga me prors⁹ singularis testimonia, quibus me olim dignari nullus dubitasti, quasi præsentia mihi denuò videbar intueri; non quod horum omniũ memoria ex animo unquam discesserit meo, sed quod insperatus Filii aspectus veluti ob oculos posuerit pristina illa tempora, in quibus optimè erga peregrinos animati patris humanitatẽ, juvandiq; studium Lugduni aliquantisper commoranti experiri contigit. Videbar mihi denuò istã tuam advertere sollicitudinẽ, quâ, cum Monspelii litteris operam navarem, commoda promovere mea toto illo tempore studueras. Porro & favorem cogitans, quô Celeberr. Monspeliensis Universitatis Decanus, *Dn. Curtaudus*, me non semel prosecutus fuerat, tuæ maximam partem commendationi me debuisse, lætus recordabar: quamvis enim Vir erat naturâ φιλογέρμανος, ex singulari tamen tanti Professoris erga me benevolentiâ, quanti Te faceret, facili colligere negotio potueram. Quemadmodum autem dolor & voluptas invicem cedunt, breviorque semper voluptas esse solet, ita quoque festinatus Filii tui discessus jucunditat[illegible], quam ex ejus præsentiâ perceperam, adeò [illegible]

per:

permittebat esse diuturnam, ut, quod ipso opere volueram, non nisi voto effectum dare potuerim. Cæterùm ut ne, quàm anxiè tuæ benevolentiæ & favoris memoriam teneam, nullum planè exstaret argumentum, ausus sum, tractatulũ hunc latinitate à me donatum Tuo Nomini inscribere, quem si boni consulueris, nihil equidem, quod præter humanitatem tuam sit, facies, ego verò illam porro deprædicabo, colam animo, tuebor officiis, & imitabor quantum potero; studio certè, si minus re licebit, Tibi ut satisfaciam, elaborabo: DEum interea supplex venerans, Te, Vir Excell. cum totâ Familia tua, diutissimè conservare dignetur. Vale. Dab. Gissæ, d. 6. April. Anno 1671.

Excell: T.

Addictissimus

Laurentius Straussius.

Præfatio ad Lectorem.

P*Ræsentis Tractatus versionem*, Lector candide, *non tàm mihi, quàm amicis quibusdam meis, te debere, facilè dicere possem, si, quæ multis familiaris esse consuevit excusatio, labori huic meo, otiique negotio aliquam præsidii spem afferret, aut ea mihi esset indoles & natura, ut culpâ amicos alienâ onerare, quàm propriam ingenuè fateri mallem. Verùm enim verò cùm horum desiderio jam satisfecisse me credam, quippe quos in conatu quoque meo conquievisse, non semel sum expertus; nihil, ùt arbitror, superest, quàm ut apud te gratiam ineam, tuamque, sicubi fortè (quod non diffiteor) in plurimis hallucinatus fuero, deprecer rigorem. Interea, quicquid tandem horum erit, id omne ad navatam huic versioni operam pertinebit: Res enim ipsas atque argumentum quod attinet, cùm nonnisi interpretem egerim, suo me*

cura

cum omnes boni & cordati relinquent Autori. Neque verò turbas ego multas excitavero, etiamsi stilum quis, quô simplici planè, rem ut exactiùs exprimerem, usus sum, salivam sibi minimè movere dixerit, vel in aliquibus verum Autoris sensum, mentemque parum me assecutum judicaverit: prius enim quod concernit non ignoro, quàm variæ de stilo ac sermone latino sententiæ in multorum cerebro foveantur & quàm acriter inter se, num vel ipse eloquentiæ parens, Cicero, satis latinè scripserit,

Grammatici certent, & adhuc sub judice lis sit:

Usq; adeò multi nihil nisi quod ipsorum moribus & ingenio conveniat, aut ipsi fecerint, rectum putant. His ego quidem palmam dubiam facere sicuti non laboro, ita quoq; nec lauream, quam, tanquam à proposito meo alienam, ambire nunquam potui, invidebo. Satis mihi fuerit, Lector benevole, si serena fronte conatum huncce perlegens, tàm humanum te exhibueris, quàm ego me facilem præbere studui, cùm Tractatus hujus versionem latinam desiderari intelligerem. Quoad posterius non eo inficias, fieri potuisse, ut mentem autoris non ubiq; ex voto expresserim, sed hic vitiosam partim libri editionem, partim suc-

succinctum nimis, nec rarò obscurum valdè Autoris sermonem accusare nullus erubesco; quod si verò neq; hæc quidem excusandi ratio tibi probari poterit, verbum non amplius addo.

Cæterum, quòd anteà innui, repeto, me non nisi interpretis vicem hîc egisse: unde nollem sanè quicquam eorum mihi imputari, quæ fortè ab suspicacis ingenii hominibus in sinistram accipi partem possent. Meum uti non est, tantas componere lites; ita planè alienum à naturâ meâ profiteor, felle uti, ubi melle possim. Metallorum transmutationi Auriq; confectioni (ut de argumento ipso non nihil dicam) parum favet præsentis libelli Autor, motus experientiâ, quàm expectationi minimè respondere putat. At verò ad hanc ipsã, quibus talia curæ esse solent, maximè provocare videmus. Vt de antiquiorib⁹, (verba sunt Sennerti) Arnoldo Villanovano, Raimundo Lullio, *& aliis nihil dicam, talia specimina nostrâ & patrum memoriâ aliquot edita sunt, ut pertinacis sit, experientiæ tàm certæ refragari. Sic etiam* Bartholin. Physic. special. part. 4. cap. 2. *Metalla, inquit, varia in*

aurum

aurum mutari posse, mirum est peritiores negare. Doctissimus Gassendus, *licet valde hac de re dubitet, tamen ipsemet adfert exemplum, quod Pragæ intra* Thaddæi Haggecii *ædes Mercurii libra in Aurum conversa fuerit, infusâ à* Kellejo Anglo *unicâ liquoris rubicundissimi guttulâ. Plura id generis exempla ex* Ewaldo ab Hoghland, Raphaël. Eglino, Borello, *aliisque adduci possent, nisi præfari potius, quam effari institutum juberet. Quin & ipsa Ratio subscribere videtur, utpote cujus æternum est judicium: unicuiq; in suâ arte credendum esse, dum & providè aliquid pronunciat, & principia ex ipsâ naturâ profert. Quod si propterea res quædam negandæ essent, quod uni vel alteri impossibiles videantur, vel agenti haut respondeat semper eventus, nemo sane non videt, quantum inde rerum plurimarum cognitioni facili quidem negotio decedere possit; at verò rara esse novimus, quæ cara sunt, & quemadmodum res vulgares populo prostant, ita pretiosæ arcis claustrisque inclusæ atq; recondita servantur. Hinc non frustrà Sapientiores aurum ita conclusum autumant, sed id insigniores virtutes præ-*

ter

ter colorem visibilem in essentiæ suæ latibulis abditas habere, quas indignos scire aut acquirere non deceat: Iuxta Hippocrat. *monitum in lege, ubi:* τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα, *inquit*, ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης. *Hæc quidem & id generis alia plura Autori objici posse videntur, quoties in præsenti tractatu impossibilitatem urget. Suo verò hîc quemq; abundare sensu quis ægrè ferat, cum non desint rationes non minus ponderis habentes, quas contrarium qui statuere voluerit, adducere posset. Quid de hocce negotio sentiam, in* Resolut. *meâ* Fœt. Mussipont. *epist. ad* celebr. Deusing. *Amicum, dum viveret, singularem, paucis innui. Possibilem per naturam esse Chrysopœiam, non ibo inficias; hoc tamen facilè à peritioribus obtinuero, artem esse difficilimam, quamvis fortè tantus instrumentorum, & laborum apparatus, uti communiter inculcari suevit, haut requiratur. Nec obscurè operis difficultatem ostendit magna de modo conficiendi auri artificũ dissensio. Quod aliis in artibus accidere videmus, ubi sæpè, qui minimum intelligunt, verbosissimi sunt, prorsus hîc evenire, res ipsa loquitur. Hinc non inutile consilium Epicharmidis erit,*

quo

quo non nimis credere jubemur; præ reliquis arridet Celeberr. Greg. Horstii *decisio, quam* libr. 2. Inst. physic. sect. 4. c. 2. *his exprimit verbis: Notandum, quamvis probabile sit artem per media naturalia posse producere aurum naturale, nihilominus tamen, cum experientia successum non comprobet, & sæpius pro vero fucatum aurum proferatur, ideò hanc artem, si modò hoc nomen sibi vendicat, tanquam inutilem, & Reipubl. perniciosam, quoad χρυσοποιΐαν rejiciendam & damnandam judicamus. Ad reliqua quod attinet, Theologica cum sint, non est ut falcem mittam in alienam messem. Quare illis, ad quos pertinet, meritò discutienda relinquo. Hoc interim silere non possum, istum applicandi modum licet ingeniosus censeri possit, non satis tutum videri, utpote in quô facili negotio impingi potest; tumque etiam plurima hic occurrere, quæ minus rectè habent, ut dum de* Chresmate, de Operibus meritoriis, *hujusq; generis aliis, dudum à nostris* Theologis *solidè refutatis, agitur: quæ proinde neminem melius edoctum turbare poterunt.* πάντα δοκιμάζειν, τὸ καλὸν κατέχειν *nos Sacra Scriptura jubet. Sunt cæte-*

ter colorem visibilem in essentiæ suæ latibulis abditas habere, quas indignos scire aut acquirere non deceat: Iuxta Hippocrat. *monitum in lege, ubi:* τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα, *inquit,* ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις, πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης. *Hæc quidem & id generis alia plura Autori objici posse videntur, quoties in præsenti tractatu impossibilitatem urget. Suo verò hîc quemq; abundare sensu quis ægrè ferat, cum non desint rationes non minus ponderis habentes, quas contrarium qui statuere voluerit, adducere posset. Quid de hocce negotio sentiam, in* Resolut. *meâ* Fœt. Mussipont. *epist. ad* celebr. Deusing. *Amicum, dum viveret, singularem, paucis innui. Possibilem per naturam esse Chrysopæiam, non ibo inficias; hoc tamen facilè à peritioribus obtinuero, artem esse difficilimam, quamvis fortè tantus instrumentorum, & laborum apparatus, uti communiter inculcari suevit, haut requiratur. Nec obscurè operis difficultatem ostendit magna de modo conficiendi auri artificũ dissensio. Quod aliis in artibus accidere videmus, ubi sæpè, qui minimum intelligunt, verbosissimi sunt, prorsus hîc evenire, res ipsa loquitur. Hinc non inutile consilium Epicharmidis erit,*

quo

quo non nimis credere jubemur; præ reliquis arridet Celeberr. Greg. Horstii *decisio, quam* libr. 2. Inst. physic. sect. 4. c. 2. *his exprimit verbis: Notandum, quamvis probabile sit artem per media naturalia posse producere aurum naturale, nihilominus tamen, cum experientia successum non comprobet, & sæpius pro vero fucatum aurum proferatur, ideò hanc artem, si modò hoc nomen sibi vendicat, tanquam inutilem, & Reipubl. perniciosam, quoad* χρυσοποιΐαν *rejiciendam & damnandam judicamus. Ad reliqua quod attinet, Theologica cum sint, non est ut falcem mittam in alienam messem. Quare illis, ad quos pertinet, meritò discutienda relinquo. Hoc interim silere non possum, istum applicandi modum licet ingeniosus censeri possit, non satis tutum videri, utpote in quô facili negotio impingi potest; tumque etiam plurima hîc occurrere, quæ minus rectè habent, ut dum de* Chresmate, de Operibus meritoriis, *bujusq; generis aliis, dudum à nostris* Theologis *solidè refutatis, agitur: quæ proinde neminem melius edoctum turbare poterunt.* πάντα δοκιμάζειν, τὸ καλὸν κατέχειν *nos Sacra Scriptura jubet. Sunt cæte-*

te-

teroquin plurima lectu haut indigna, quæ cùm utilissimas in nobis cogitationes excitare queant, errores alibi inspersos facilè resarcient. In satyram verò totum desinere opus dices? Sit ita. Hæc nihil ad interpretem, quippe cui nihil magis cordi curæque est, quam de publico bene mereri. Interea humanissime Lector conanti fave, memor illius apud poetam:

- - ridendo dicere verum,
Quid vetat?

CA-

Cap. I.

Quid ſit Lapis Philoſophorum, *ſecundùm* Alchymiſtarum, *aliorumq́, qui de eô ſcripſerunt, opinionem; & quid circa hoc argumentum dicendum veniat?*

MUlti, & in ſpecie *Alchemiſtæ*, exiſtimant, *Lapidem* qui κατ' ἐξοχὴν *Philoſophorum* dicitur, Quintam aliquam fuiſſe Eſſentiam, cujus virtus Elementorum vires longè excedat, & quæ [ex metallis, vel, uti aliis placet, ex vegetabilibus, ſimilibuſvé Mixtis, beneficio *Marcerationis*, *Diſtillationis*, *Putrefactionis*, *Separationis*, *Unionis* & *Fixationis*, ſæpiùs reiteratæ extracta] unumquodque metallum imperfectum, propriam ejuſdem formam tranſmutando, in pulcherrimam Auri vel Argenti formam convertere valeat; tantamq; efficaciam & valorem ab arte accepiſſe ajunt, ut ob ſuam in infinitum multiplicandi virtutem, ad inexhauſtas, nec unquam defuturas divitias abundè ſufficiat. Hinc & ob excellentes haſce ſuas dotes eam hunc in modum (uti in libro, qui *Alchemia* inſcribitur, videre eſt) definierunt: Lapis Philoſophorum eſt peculiaris quædam virtus mineralis, ex pluribus rebus

arte Alchemisticâ in unum reducta, pollens facultate congelandi Mercurium in naturale verum, & formale metallum; & reducendi omne imperfectum metallum infirmum (uti loquuntur) ad veram sanitatem & perfectionem, quæ in Auro & Argento deprehenditur; valens conficere vitrum adeò durum & stabile, ut mallei impetum sustinere queat; lapidesque efformare pretiosos & quæ denique universalis quædam metallorum, & corporum est Medicina, ad sanitatem utramque reducens, atque in eâdem conservans.

Prolixâ autem hac largâque pollicitatione, quam modô recensita præ se fert definitio, plures *Curiosi* allecti fuerunt, & inde multa possidendi desiderio flagrantes, tàm in legendis libris, hoc de argumento tractantibus, quàm in faciendo periculo inveniendi lapidem tàm celebrem, & excellentem medicinâ multum laboris impenderunt adeò ut quàm plurimi tantâ sese assiduitate huic negotio implicuerint, ut & opes & omnem vitæ suæ, quamvis longissimæ, ætatem in eodem consumserint. Etenim, cùm reverâ, ceu dictum est, Lapis hic eâ sit naturâ præditus, ut in infinitum vim & virtutem communicare suam atque multiplicare valeat, (volunt enìm isti, unicam hujus particulam decem vel viginti metalli purgati injectam particulis, ad unam omnes in alium quasi Lapidem convertendi facultate pollere, qui æquè ac prior alia quoque metalla, in immensa multiplicatione, transmutare aptus natus sit,) sanè quotic-

tiescunque reperiretur, tantis inventorem suum divitiis bearet, ut, juxta hominum opinionem, occasionem simul nancisceretur, totius mundi imperium arripiendi, efficiendique, ut pro Deo aliquo haberetur, cujus facultatibus populi stupentes assurgerent, Reges verò, Imperatores, & Monarchæ non parùm inviderent.

Atque mirâ hac tàm insignis conatus & acquisitionis imaginatione (quemadmodum superiùs dictum est) moti non pauci, & excitati, haut aliter ac si à tantæ felicitatis fastigio jamjam proximè abessent, assiduô prorsus & indefesso labore Alchemiæ studio incubuêre, omnemque in eô & cogitationem figentes, & victum & amictum quæritantes, id nocturnâ versare manu, versare diurna consueverunt; tantôque celeriùs se hac concepta spe lactari, immo abripi passi sunt, quanto faciliorem ipsi metallorum transmutationem judicarunt; arbitrantes, quælibet horum ejusdem speciei esse, nec nisi majoris aut minoris perfectionis vel imperfectionis gradu differre, quandoquidem singula ex iisdem planè principiis, putà *Sulphure* & *Mercurio*, originem suam trahant, quorum etiam respectu cùm conveniant, solisque formis accidentalibus, seu accidentibus separabilibus discrepent, facili quidem negotio ab istis separari, primamque suam materiam in arte chymica, nobiliores auri & argenti formas & accidentia introduci posse: quæ profectò opinio tantæ certitudinis tantique ponderis judicata est, ut non solùm veterum, sed etiam

recentiorum plurimi prolixè admodum hoc de argumento ſcripſerint, idque tàm accurata methodo tractarint, ut pro maximè ardua atque recondita ſcientia à pleriſque poſtmodum reputata fuerit. De hac fusè ſcripſerunt *Hermes*, *Geber*, *Pythagoras*, *Morienus*, *Roſinus*, *Gilgilidis*, *Avicenna*, & *Ariſtoteles*; ſcripſit inſuper de eadem *Panthius*, *Augurellus*, *Albertus M. Raimundus*, *Arnoldus*, *Silenus*, *Arisleus*, *Alchinus*, *Calid*, & *Recaiditas*: pariter inter alios hoc de lapide tractarunt *Johann. Rupeſciſſa*, *Braceſcus*, *Taludanus*, *Rogerius*, *Baco*, *Efferarius Monachus*, *Magiſter Odomarus*, & *Caravantes Hiſpanus*. Et, ſicuti quidam perhibent, hanc artem imprimis profeſſi ſunt Hebræi, ùt *Moſes*, *Maria* Prophetiſſa, *Salomon*, & alii. Cæteris quoque annumerandi veniunt *Plato*, alius quidam *Ariſtoteles*, *Lucas Rhodianus*, *Parmenides*, *Ricardus Anglus*, *Fernelius* & infiniti ferè ſcriptores alii.

Quinimò quantum videre licet, plures de hac materia libri ſcripti ſunt, quàm autorum nomina extant, quandoquidem multi nomine ſuppoſititio, diverſo, & ab inſtituto non parùm quandoque alienô circumferuntur, ùti ſunt: *Turba Philoſophorum*; *Liber de Tribus Verbis*; *Allegoria Merlini*; *Secretum Lapidis*; *Semita Semitæ*; *Cantor Buccinæ*; *Correctio Fautorum*; *Aurora Conſurgens*; *Summaria Lapidis conſideratio*, *& ejus abbreviationes*, *Pulcherrimum Opus de transmutatione metallorum*; *Liber*, qui inſcribitur *Philoſophus mirabilis*; *Liber duodecim aquarum*; *Elixiriorum varia compoſitio & modus*:

dus; *Thesaurus Philosophiæ*; *De Lapidis formatione Epilogus*; *Arcanum Philosophorum*, aliique plures, tàm typis impressi, quàm manuscripti, qui omnes, & singuli Lapidem hunc conficere docent. Ex quo colligi potest, quantô in pretio hęc scientia & cognitio habita semper fuerit, quandoq. autores tàm graves (quales modo recensuimus,) de ęa fusè admodum scripserunt, nisi fortè, hæc & tanta ipsis nomina ad majorem fidem & autoritatem rei conciliandam præfixa esse, quis contendere velit.

Sed quicquid hujus sit, in aprico esse arbitror, omnes hosce autores, ac libros anteà citatos, celebris hujus Lapidis ac medicinæ compositionem docere, adeoque in hoc unanimiter convenire, finem, quem quidem ars fusoria polliceri potest præstantissimum, nullum alium esse, quàm Lapidis hujus celeberrimi conficiendi scientiam & cognitionem. Quanquam posteà inter illos sunt, qui, quantum ad subjectum & materiam attinet, ab aliorum sententia deflectunt. Statuunt enim nonnulli, sumi illam ex *Auro*, utpote subjecto cæteris præstantiori; alii vero ex *Argento*; quidam ex *Sulphure*; multi ex *Sale*; hi ex *ferri* scoriis; isti ex *Marcasitâ*; non pauci ex *elementis* è vegetabilium regno depromptis; quidam ex *animalium* corporibus; & alii deniq; ex aliis rebus, ab hactenus recensitis maximè diversis, (prout nempe quisq; suô abundare sensu amat) peti eam ac desumi volunt.

Intereà in hoc quidem conveniunt omnes, ex quacunque tandem depromatur materia, dum-

 modo

modo ad medicinæ vel Elixiris perfectionem subjectum hoc reductum fuerit, metalla transmutandi virtute pollere, & in aurum quidem, ubi rubicundo colore imprægnatum, in argentum verò, si albicans extiterit: idq; amplissimâ simul ingentium & tantùm non infinitarum opum spe & expectatione concepta perhibere consueverunt.

Circa quod, cùm animus sit, quid nobis videatur, & quid per lapidem adeò decantatum intelligi possit, dicere; istorum primò modos, quos in conficiendo hocce Lapide observari volunt, paucis describere adgrediemur, usuri ipsismet illorum terminis technicis, ut unusquisque, qui peponem pro corde non habet, facili negotio judicare queat, utrum nempe eorum dicta, κϑ̓ τὸ ῥητὸν, & uti sonant, debeant intelligi, an verò aliud quid sub fictis istis, & ab iis excogitatis vocabulis, præter illam non nisi ad colligendas immensas opes collineantem Chrysopœian, insinuare voluerint?

Quamvis a. revera, præter auri metallici & materialis compositionẽ, scopũ sibi alium haut præfixerint, minimè tamen istiusm. opinionem confutandi onus & provinciam in nos recipere animus est, cùm jam extiterint plures, qui ad infringendam hanc assertionem arma in manus sumserunt, quos inter *Thom. Erastus*, *Ægidius Romanus*, *Averrhoës*, *Quadrimatus*, & alii recensentur: sed tantummodò certas quasdam ob oculos ponemus rationes naturales, quarum beneficio quilibet cognoscere facilimè poterit, num de tali Lapide (prout quidem

ex eorum verbis colligi posse videtur) sententia ab ipsis proposita explicari debeat; an vero potius sub obscuris verbis, & ænigmatibus istis longe nobilius præstantiusque argumentum recondere, curæ ipsis cordique fuerit? Breviter itaque præcipuorum quorundam opinionem, modumque procedendi succinctè proponemus, postmodum verò & nostram insuper sententiam aperiemus, benigno atq; ingenioso *Lectori* de eadem judicandi provinciam atque libertatem relicturi.

Cap. II.

De principiis Lapidis Philosophorum secundùm Alchymistas, & de horum modô procedendi in istius compositione.

QUi antiquos Philosophos per Lapidem suum, non nisi materialem istum, cujus supra definitionem exhibuimus, intelligere voluisse arbitrantur, semper de terrenis, quam cœlestib⁹ rebus, magis fuere solliciti, nec tàm spiritualia, quàm corporalia curarunt; quorũ quidẽ, & præcipuè Recentiorũ, infinitus ferè est numerus, qui, ut decantatum istum Lapidem tandem eruant, omnes cerebri recessus excutiunt: Quemadmodum verò à vera auctorum, qui hoc argumentum tractant, sententia forsitan longiùs abeunt, ita non minùs posteà in ipsa praxi (præfixum nunquam attingentes scopum) deceptos se, atq; delusos deprehendunt.

Volunt itaque (uti quidem verborum suorum sen-

ſenſus innuit) Philoſophorum Lapidem nihil aliud eſſe, quàm illam ipſam Medicinam, quæ ex *Mercurio* & *Sulphure*, non vulgari quidem illo, ſed prout in auro & argento puro ſæpiuſvé repurgato invenitur, componitur; ita quidem, ut ad primam reducta materiam, tantam, artis beneficio, perfectionem, tamque efficacem acquirat potentiam, ut (inſtar teli ſeu fulminis, quod ex improviso per nubes irrumpens, res omnes, quibus vel appropinquat, vel quas permeat, tranſmutare, corrumpere, penetrare, unoque tractu priſtinam formam tollendo, aliam ſive cineris, ſive aëris, ſive ignis, vel ſimilis effectûs introducere ſolet) ſuprema gaudeat virtute, imperfecta metalla ſubitò immutandi, & ad ſummam auri & argenti perfectionem reducendi.

Verum equidem eſt, quoſdam ex illis, quantum principia hujus Lapidis concernit, pauliſper ab invicem diſſentire (uti paulò infrà innuimus) cum *Braceſco* arbitrantes, Mercurium & Sulphur, non ex Auro vel Argento, ſed ex ferri ſcoriis elici, contrà quam opinionem doctè admodum *Paludanus* ſcripſit: ita non minus alii iſtiuſmodi Argentum vivum ac Sulphur, ex Cupro vel Plumbo; alii verò ex vegetabilibus, vel ſimilis naturæ miſtis educi opinantur.

Inter omnes vero eatenus convenit, quod aurum & argentum pro nobiliſſimis, juxta ac perfectiſſimis metallis unanimi conſenſu agnoſcant, utpote quæ, præ reliquis, ignis vim ſuſtinent, & diutiſ-

diutisſimè durare ſolent, cùm tamen cætera metalla, in igne conſumantur, vel temporis tractu rubiginem contrahant, tandemq; in terram redigantur, argentum verò & aurum nec ab unô, neque ab altero (niſi maximo cum labore ac violento planè accedente impetu) conſumi queant. Hinc ſunt, qui aurum eſſe invincibile perhibent, ſiquidẽ conſtat, nunquam ab ignis violentia, ita ut naturam indolemq; ſuam prorſus immutet, ſuperari poſſe. Unde ob hanc ipſam auri perfectionem Sectatores iſti dictum lapidem, quò metalla reliqua, (quorum magnus extat proventus) valeant in aurum tranſmutare, conficere ſtudent, & ſicubi fortè dicta metalla convertere in aurum non poſſint, in argentum ſaltem, quod ſecundum ab auro dignitatis & præſtantiæ locum occupat, ut ab ipſis illa reducantur, maxime allaborant: Quamvis non tàm ob ſimplicem auri vel argenti nobilitatem ac nativam præſtantiam, quàm ejuſdem potius pretium ac valorem in tranſmutandis reliquis metallis, tantum ab iſtis hominibus laborem inſumi, omninò perſuaſum habeamus.

Hinc etiam, hujus opinionis ſuæ inſtinctu, ut ſæpius dictum Lapidem conficiant, omnem movent lapidem; metalla ſolvunt, lavant, reducunt, coagulant: Solvunt quidem partes craſſiores à ſubtilioribus, obſcuras lavant, ut evadant magis pellucidæ; humidum in ſiccum reducunt, & volatile quod eſt, ſupra corpus ſuum congelant, atque omnes haſce operationes eum in finem unicè inſti-

niunt, ut illis tandem desiderati Lapidis virtutem formamque concilient atque inducant. Neque enim aliud quid est *Solutio* illa, quàm divisio quædam & corruptio metalli, in id unicè facta, ut quasi in primam suam, unde productum istud fuerat, materiam redeat; *Lavare* autem nihil aliud est, quàm illuminare aut distillare; *Reducere* vel *Incinerare*, uti loquuntur, idem ac sublimare aut attenuare; *Fixare* vero idem ac conjungere, & res alias disjunctas adunire, Natura per primum quidem modum ad interiora; per secundum verò ad externa; per tertium, sursum; per quartum denique deorsum vergente. Omnes itaque hactenus recensiti labores eò tendunt, ut Lapis quidam materialis efficiatur, quò imperfecta metalla transmutari in perfecta queant.

Hac de caussa ipse etiam Rex *Geber*, *Mahometis* nepos, nec non ejus asseclæ ad hunc magnæ quidem variæque virtutis, sed materialem tamen Lapidem tanquam ad scopum ultimum collineantes, plures conscripserunt libros, variosq; Lapidem conficiendi modos & operationes docuerunt, atque hac ipsa simul occasione tractant tàm de rebus, quæ metalla perfecta reddere apta nata sunt, quàm etiam de iis, quæ eadem corrumpere solent; ut & de Lapide, quod sit unicus, isque vel rubicundo colore præditus, vel albicans, (quandoquidem omnis Medicina sive albo, sive rubro colore imbuta fuerit, haut aliunde, quàm ex Sulphure aut Mercurio, componitur) & hinc istis de rebus dicere ad-

adgrediuntur, quæ ejusdem præparationem atque purificationem adjuvant, uti sunt salia, Alumen, Vitriolum, Vitrum, Borrax, aliaque Mineralia Media, immò & perfecta quoque, sed similis naturæ, mista. Posteà etiam de Acetis, de Urinis, Ignibus, aliisque differunt rebus, quarum singulæ facultate pollent reducendi metalla ad exoptatum perfectionis statum, eademque à fæcibus suis repurgandi, uti fit in præparatione corporum metallicorum, quando ad meliorem naturam ut reducantur, humiditas tollitur superflua, ut & sulphureitas (ut ita dicam) adustibilis, unà cum nigredine, quæ in istis producitur, & metalla commaculat atque corrumpit; quando itidem impura, fæculenta & combustibilis terrestreitas, penetrationem, fusionem, idque generis alias operationes, ad formam lapidis introducendam maximè necessarias, impediens removetur.

Ab hac universali præparatione ad particularis, unumquodque metallum respicientis, tractationem accedunt, initium facientes à præparatione *Jovis*, h.e. stanni, *Saturni* qui plumbum significat; *Veneris*, quæ Cuprum; *Martis*, qui ferrum; *Solis*, qui aurum; & *Lunæ*, quæ argentum denotat. Et postquam de singulis tàm in genere, quàm in specie, fuêre ratiocinati, differere incipiunt de proprietatibus, quas habere debet ille Lapis seu Medicina, quæ quidem in eô potissimum consistunt, ut efficiant substantiam aliquam unitam ac fixam, quæ in ignem posita, huic resistat, metallis liquefactis faci-

inſtitutum proſequendo, ad tractationem ipſorum naturalium principiorum, h.e. Mercurii & Sulphuris, ſive Arſenici, (prout tandem appellare lubuerit,) maximè ſpecialem veniunt, tàm circa eorum non ſolum generationem & naturam, quàm & circa ſuos effectus, qui dicta modò ſex metalla, *Aurum* nempè, *Argentum*, *Plumbum*, *Stannum*, *Ferrum*, ac *Cuprum* terminant, orationis filum extendentes, ad unumquodque accedunt, & ſic porrò in ſpecie ſingulorum naturam, h. e. quid ſint, qualis generationis modus, & quænam eorum paſſiones & accidentia, putà, color, ſonus, pondus, ſplendor, lumen, liquabilitas, teneritudo vel tractabilitas, & diſpoſitio, ut ita dicam, malleabilis, idque generis alia commemorant: poſtmodum, qua ratione circa eadem operari conveniat, edocent; qui quidem modi multi ſunt, & varii, adeoque & diverſis nominibus ab iſtis artificibus inſigniuntur; ſic *primò* in limine ſiſtunt *ſublimationem*, quæ ſiccæ rei quædam quaſi elevatio eſt, & beneficio ignis perficitur, unde materia ſublimata vaſi adhæret, qua mediante metallorum ſpiritus à fæcibus, vel (ut illorum vocabulis utamur) terreſtreitate ſua, quæ pravum conciliare colorem, ſimulque impedire ingreſſum atque penetrationem ſolet, purgari atque liberari perhibent, commemorantes inſuper diverſos ſublimationum gradus, unà cum operationis modô, ignisve, qui ibidem requiritur, gradu; differunt etiam de iſtorum omnium quantitate & qualitate; de Calce itidem convenienti, quæ permiſceri debet;

de erroribus qui ubique committi possunt; de fornacum dispositione; de lignis ad ignem necessariis; nec non de iis, quæ evitare oportet; ut &, ex quanam materia & qua forma Vasa sublimatoria componi debeant, Postea ad particulares Mercurii, Marcasitæ, aliorumq; Mineralium mediorum distillationes descendunt. Ab hisce porrò operationibus deveniunt ad *Descensionem*, *secundum* operandi modum, cujus beneficio materia ab igne sublimata, ad puritatem reducitur, & ab omni heterogeneô depuratur: *Tertio* verò locô de *Distillatione*, quæ est aquosorum vaporum elevatio quædam, tractant, mentionem unà facientes trium Distillationis specierum, cum igne sc. & sine igne, cum igne per elevationem in Alembicum & per Descensum seu deliquium, quemadmodum oleum ex Vegetabilibus elicitur, item per filtrum, aliosque similes modos particulares. Dehinc accedunt ad *quartum* modum, qui est *Calcinatio*, tàm corporum, quàm spirituum metallicorum, unà cum causis & operandi modis, qui quidem unicè in hoc consistunt, quòd mediante ignis flamma in pulverem redigantur, omnisque ipsis humiditas, quæ alias ad partium illorum consolidationem facit, auferatur. *Quintô* agunt de *Solutione*, cujus effectus est siccarum rerum in aquâ reductio, quæ mediante aquâ forti, vel simili materiâ perficitur. *Sextò* accedunt ad *Coagulationem*, quæ nihil aliud est, quàm reductio rei liquidæ ad substantiam solidam, per humiditatis privationem sive absumtionem;

nem; & hinc etiam de diversis, tàm Mercurium, quàm Medicinas solutas alias, coagulandi modis agunt. *Septimò* tractant de *Fixatione*, quæ est partium simul convenienti modô unitarum adaptatio, ita ut eæ, quæ aliâs volatiles sunt, ignisque vim effugere amant, sufferre eandem assuefiant: et hac occasione de diversis tàm corpora, quàm eorum Spiritus figendi modis tractant. Deniq; v. ad *Incinerationem* accedunt, cujus effectus quidem est, ita rem disponere, ut ad liquefactionem vel fusionem apta nata amplius haut sit, eumque in finem instituitur, quò facilius penetrare res, porosque metallorum ingredi valeat.

Præmissis ita octo hisce Operationibus, explicare incipiunt principia corporum mineralium, eorumque causas, ut simul, quantum boni vel mali in se contineant, ostendant. Hinc describunt naturam Sulphuris, ut & sui compatris Arsenici, docentque qualis Mercurii, Marcasitæ, Magnesiæ & Tutiæ sit constitutio, & tàm de horum omnium effectis, quàm causis, corrumpentibus æque ac perficientibus, differunt; mox naturam Auri, Argenti, Ferri, Stanni, Cupri, & Plumbi exponunt; & ab his porrò veniunt ad tractationem medicinarum in genere, quæ imperfectas ad perfectionem deducant, & undenam facilimo negotio melior præstantiorque elici queat. Cumque ex unoquoque metallo, immo etiam ex Argento vivo, quamvis imperfecto, duæ elici possint medicinæ, una quidem albicans, altera vero rubicun-

cunda, nihilominùs tamen his deficientibus quoq; fieri posse perhibent, quandoquidem perfectissima quædam, quæ utrique inserviat, Medicina exinde effici, componique potest. Hanc ob causam porrò repetunt, denuoque inculcant, unicuique corpori imperfecto justam deberi præparationem, cujus beneficio & operâ defectus illorum resarciatur, superfluum verò quod est, auferatur: ita ut unâ utantur ad depurandum metallum, alterâ verò ad id omninò perficiendum, quò scil. omne metallum in aurum denique vel argentum transmutari queat.

CAP. IV.

DE

Alchimistarum modò inveniendi decantatum Lapidem particulari, ut & de experimentis, quæ ad cognoscendam rei veritatem fiunt.

POsitis hoc modo fundamentis suis Universalibus, veluti ducibus in planitie collocatis, ad particularem posteà descendunt tractationem de præparatione scilicet *Saturni, Jovis, Lunæ, Veneris, Solis, Martis* & *Mercurii*, ac de omnimodâ singulorum depuratione seu purgatione; similiter etiam mentionem faciunt particularium perfectionis notarum, ac proprietatum, quas vera ac perfecta medicina habere debet, uti sunt puritas, color, fusio, durabilitas, & pondus, quæ veluti via sunt ad faciendam conjecturam, ex quibusnam potissimum corporibus dicta medicina desumi debeat.

debeat. Cumque tres sint medicinarum species, prima quidem ad perficiendam mineralium præparationem, secunda verò ad introducendam istis aliquam differentiam, & tertia denique ad removendam omnem corruptionem utuntur, omnemque adeò illis perfectionem, quam vel differentia vel possibile complementum admittit, conferunt; proptereà etiam, de his ipsis insuper in particulari tractant, appellitantes primam speciem primi ordinis, cujus beneficio, qua ratione *Venus* candida, *Mars* candidus, & citrina *Luna* conficiatur, edocetur; dehinc ad secundam secundi ordinis pergunt, quæ medicinam ex auro & argento pro corporibus imperfectis componere docet, pariterque & ad congelandum *Mercurium*, & ad parandum, mediante artificio, medicinis aditum atque ingressum conferre perhibetur: Tandem vero de medicina tertii ordinis, quoad *Solem* & *Lunam*, agunt, quomodo nempè componantur & fiant, & quisnam tàm universalis, quàm particularis illorum sit usus.

Atque sic hunc ipsum procedendi, ac operandi modum observando, æquè ac inculcando, decantatum istum Lapidē jam dum invenisse se non solum, verùm etiam composuisse arbitrantur. Cujus rei ut conveniens dent specimen, quibusdam utuntur experimentis, quæ ipsi *Incinerationem, Cœmentum, Fusionem, Evaporationem, Sulphur ardens, Extinctionem, Calcinationem, Reductionem, facilemq;* vel *difficilem* cum *Mercurio amicitiam* &c.

appellare consueverunt. De his insuper tàm in universali quam particulari tractant; sic de *Incineratione* agentes, causas in medium adducunt, cur scilicet quædam corpora in illa durent, quædam verò non? similiter quomodo per eandem, tàm quoad compositionem, quàm etiam legitimum usum, periculum faciendum sit, edocent. Inde ad *Reverberationem, Fusionem, Evaporationem, ignitorum metallorum Extinctionem, Sulphuris ardentis administrationem, Calcinationem atq; Reductionem*, tandemque ad *facilis*: vel *difficilis cum Argento vivo amicitiæ* experimentum veniunt.

Commonstratis vero Lapidem componendi & dignoscendi modis, progrediuntur ad varias operationes, & singularia circa quodlibet metallũ recensent arcana, quæ tamen in sola experientia modoque operandi artificioso consistunt. Mox etiam ponunt modos componendi medicinam albam pro *Saturno*, & *Jove*, *Solarem* pro *Jove* itidem & *Saturno*, albam vero pro *Venere* & *Marte*; de Medicina itidem tertii ordinis ad album, & de eadem ad rubrum discurrunt. Denique ad ipsam sese demittunt encheirisin, & quomodo Furni *Calcinatorii, Distillatorii, Descensorii, Fusorii, Solutorii* & *Fixativi* conficiendi sint, docere adgrediuntur, una cum modo & ratione, quibus tractare instrumenta conveniat, ut cujusque rei præparationi & usui ritè inserviant. Ostendunt porrò gradus, & regimen ignis conveniens, ut & qualia vasa esse debeant; Quin immo particularium quoque calci-

natio

nationes corporum monstrant, nec non calcis variæ, corporumque combustorum ablutionem, Docent insuper calces in solidam reducere massam: Loquuntur porrò de corporum præparatorum solutione, & conjunctione, de Fermento *Lunæ*, de Fermento *Solis* ad rubrum, de Fermento fermenti tàm albo, quàm rubro, super Merc. &c.

Atque hæc est tàm Veterum, quàm Recentiorum Alchymistarum circa Lapidis Philosophorum, æque ac operandi modum, quasi in compendium redacta opinio, siquidem istorum scripta juxta verborum sensum consideremus; id quod tamen cum reverâ confusum sit Chaos, indigestaque Moles, multis multa de hac ipsa opinione dicendi occasionem præbuit. Etenim cum tot tantisque suarum præparationum *Revolutionibus*, *Amalgamationibus*, *Electionibus*, *Purificationibus*, *Sublimationibus*, *Distillationibus*, *Descensionibus*, *Coagulationibus*, *Incinerationibus*, *Mistionibus*, *Putrefactionibus*, *Impregnationibus*, *Alterationibus*, *Augmentationibus*, *Diminutionibus*, *Dissectionibus*, *Extinctionibus*, *Cæmentationibus*, *Reverberationibus*, *Amicitijs*, *Proprietatibus*, *Evaporationibus*, *Præparationibus*, & *Mutationibus*, cum *Alembicis*, *Balneis*, *Fornacibus*, *Crucibulis*, *Manicis*, *Sacculis*, *Limis*, *Lutis*, *Mortarijs*, *Pistillis*, *Incudibus*, *Malleis*, *Follibus*, *Forcipibus*, *Porphyrite*, *Ollis*, *Craticulis*, *Catinis*, *Forficibus*, *Spatulis*, *Lateribus*, *Terris*, *Mineralibus Mediis*, *Salibus*, *Alumine*, *Vitris*, *Aquâ forti*, aliisque infinitis materiebus ac instrumentis,

(quæ omnia, uti summè necessaria, ad hoc negotium requiruntur) id tandem effecerunt, ut à plerisque jam negotium vel planè impossibile aut saltem difficilimum credatur, in quo scil. vix ac ne vix quidem finem assequi perfectum contingat: Quandoquidem certum est, valdè multos, licet diebus noctes jungant, omniaq; hactenus recensita assiduis experimentis subjiciant, nullum medium intentatum relinquant, omnes insuper in id cogitationes animi, ingenii vires, corporisque nervos unicè intendant, neque ullis parcant sumtibus, quin potius quosvis labores, eosque ingentes, anxioso desiderio solliciti obeant, nihilominus tamen post varios casus, & tot discrimina rerum, post tot, inquam, facta diversis in subjectis experimenta, ne unquam quidem præfixum scopum consecutos esse, sed potius oleum & operam perdidisse.

Hinc continuô isto, quod cùm metallis hujus farinæ hominis gerunt, bellô, non minùs ac laboriosâ admodum, & tædiosâ istorum vitâ, permotus Quidam non parùm jucundam curiosamque composuit Fabulam, in scenam introducens Metalla sermones invicem miscentia variasque moventia querelas de tot tantisque insultibus, quæ ab Homine, *heu nimis cupido, nimisque avaro!* noctes atque dies perpeti coguntur. Cumque figmentum hoc supradictam non parùm infringere videatur opinionem, breviter nunc eandem hisce inserere capitibus placuit, quò lucidiùs appareat

&

& dijudicari possit, qualisnam tandem nobilis ille & decantatus Lapis reverâ existat, & utrum hic ipse, quem modò dicta opinio obtrudit, an vero alter iste potius, quem, ubi fabulam jamjam recensendam absolvero, in medium allaturus sum, album, ut ajunt, calculum mereatur?

Cap. V.

Metalla de Hominis conqueruntur tyrannide, ejusdemque irrident desiderium, & cupiditatem, simulq; conjurant, se nunquam concessura, ut planè ad votum hominis transmutentur.

AUri sacra fames tàm altas in animo Hominis radices egit, tantumque cœpit incrementum, ut, ordinarios necessitatis limites transgrediens, ejuscemodi de re (propterea quòd possibilem credat) sit sollicitus, anxiusve, quæ tamen, etiamsi vel maximè eam liceret consequi, cùm Naturæ nostræ prorsus supervacanea sit, tantùm abest, ut omni suo in altum extructo apparatu vitæ tranquillitatem perficere, ac præstantiorem reddere valeret, ut potiùs eam plurimum sufflaminaret, immo omnem omninô tolleret. Unde prognata est tàm insignis Alchymistarum revolutio, quippe qui, ut plurimas acquirant & possideant opes, noctem diei jungentes, totam per vitam suam Cerebri spiritus in gyrum torquent, propriasque, quantas quidem in promptu habent, divitias dilapidant, ut incertis tandem, sed illorum spe ac opinione tantùm non præsentibus, potiantur. De hac tàm

decantatâ turbæ hujus curiositate prudens quidam & ingeniosus Autor subseq. colloquium describit :

Tempore quodam, cùm ex improviso & magno terræmotu domus ita concuterentur, ut plures etiam mole suâ in terram corruerent, omnesque Alembici, Retortæ, Receptacula, Crucibula & id generis alia tàm vitrea, quàm fictilia vasa, quæ in secretis Alchymistarum domiciliis reperire est, oppidò multa frangerentur, obortô inde hujus supellectilis defectu, coacti fuerunt boni isti homines, cœptos suos, & adhucdum maximam partem imperfectos labores, quamvis contrà voluntatem planè suam, ad tempus intermittere. Atque sic toti pallidi & fumosi, (uti quidem esse consueverunt,) sub ruinâ latitans conclave, & sepultas ruderibus officinas deserentes, in publicum prodiêre, quò sibi de novis iterum vasis prospicerent; adeoque jam quietem indulgere fornacibus, ignemque extingui sinere, & licet invitâ prorsus, ac multùm contranitente Cupiditate, inducias parumper cum quibusve Metallis pacisci oportebat. Quæ quidem cùm animadverterent, ipsis nunc solis esse licere, (utut præter receptam alâs consuetudinem hoc factum fuerit, quandoquidem magna eorum semper non minùs ac mediorum Mineralium, fratrum scil. spuriorum, copia & proventus ad succurrendum operationum necessitati, ibidem præstò est) commodamque adeò viderent paulisper respirandi contigisse occasionem, propè furnos, singula circulum quasi efformando, consede-

ſederunt, & hoc luto, illud terræ, iſtud lateri, aliud incudi; carboni aliud inſiluit ac veluti ſubſellium ſuum occupavit, quô factô, de quàm plurimis invicem rebus, imprimis verò de magnâ ſuâ infelicitate colloqui, ac differere cœperunt.

Tùm quidem *Sol* (h. e. *Aurum*) uti reliquorum facilè eſt princeps, ſic, in hæc verba erumpens, dicendi fecit initium: Non parùm ſanè, ô Fratres mei Chariſſimi, Terræ, matri noſtræ, obſtricti ſumus, quod miſeriæ noſtræ condolens tàm validè commota fuerit, adeoque ad breve tempus infelicitatis noſtræ curſum ſufflaminans, animum aliquantiſper refocillandi anſam nobis & occaſionem præbuerit: ita ut noſtris vacare querelis, & in alterius ſinum dolorem effundere liceat, ex quâ mutuâ ſtatus enarratione quantum levaminis percipi ſoleat, res ipſa loquitur. Quid verò vobis, ô amici & fratres mei! de Patrono, immo potiùs Tyranno illo videtur? Hominem intelligo, qui tantô noſtri deſideriô, tantâque (præſertim mei ac ſororis meæ *Lunæ*) cupiditate flagrat, ut ne quidem animadvertat, matrem Naturam durante millenario annorum fluxu profundiſſimis in terræ viſceribus, iiſque mirè abſconditis, propterea nos produxiſſe, ut exinde commonefieret, atque erudiretur, eum noſtrâ quidem operâ ad vitæ ſuæ neceſſitatem nullatenus indigere; adeoque cùm rebus neceſſariis tantùm abeſt, ut deſtituatur ille, ut potiùs earum abundantia, ſuperfluam quaſi commoditatem nactus, gaudeat, immo laboret;

cur nos tàm aſperè tractet, cauſſam quidem nullam eſſe; nihilominus tamen, hiſce omnibus poſthabitis, ſubterraneas extruit cavernas, atque etiam cum maximo vitæ periculo, ex propriæ matris viſceribus, auſu prorſus temerario ac violento, nos eruit, eôque in loco, quicum nobis minimè convenit, dura in ſervitute detinet, atque interiori (ceu malevoli ac diffidentes ſolent) cuſtodiâ aſſervat, & ſub mille mancipiorũ jugo ac lubidine ad carceres perpetuos condemnat. Neque contentus Homo, quod ex terræ centro nos eradicaverit, en! ſtatim ac illius tyrannidi ſubjicimur, modò hoc, modò illo nos tormenti genere affligit, & non aliter ac ſi ſiccarii & publ. viæ deprædatores eſſemus, vel breviſſimam nobis quietem invidet, in id unicè incumbens, omneſque intendens nervos, (usque adeò omnis omninò criminis, coràm hoc judice, rei judicamur) quò tandem ex nobis, tanquam proditoribus, ſecretũ illud, quod in noſtrûm generatione obſervare Natura conſuevit, extorqueat; id quod tamen nobis prorſus eſt incognitum, æquè ac hominum quemlibet modus iſte, quô, dum conciperetur, Mater uſa fuerat, penitùs latet. Hiſce verò minimè conſideratis, inuſitato ſubinde, novoque nos examini ſubjicit, variiſque & planè importunis rem aggrediens modis, jam ignis violentia, jam aquæ fortis impetu, ipſis etiam mediis Mineralibus, fratribus noſtris in auxilium vocatis, torquet nos atque dilacerat, ita ut nullus noſtrûm inveniatur, qui non ſit paratiſſimus, ob inuſitatos

crucia-

cruciatus ipſi ab eodem inflictos, priſtinam exuere indolem, propriamque nobilitatem atque præſtantiam degenerando abjicere potius quàm graviſſima amplius ejuscemodi perferre ſupplicia, quæ avarus iſte ac crudeliſſimus tyrannus in horas quaſi nova excogitat, nullumque alium in finem parat, quàm, ut qua ratione invicem tranſmutemur, alterque alterius vosque præſertim meam, vel ſororis meæ *Lunæ* indui naturâ poſſitis, tandem ad votum expiſcetur: quaſi verò, (quæ fortaſſis illum opinio demulcet) *Protei* eſſemus filii, adeoque, quæcunque ipſi lubuerit, eâdem, ac pater, facilitate aſſumere formam valeremus. Et ſanè vicem veſtram vehementer doleo, quotiescunque in eam intueor, ſimulque animadverto, uſque adeò malè vobiscum actum hactenus fuiſſe, ut victi tandem deſperatione omnes, veſtram vivis in coloribus deſtructionem, quàm, qualem iſte unicè intendit, mutationem admittere malueritis. Ad me quidem quod attinet, quanquam valdè mihi alienum videtur; me, cum planè innocens ſim, omniqúe vacem culpa, tot tantisque tormentis objici; nihilominus tamen ob validam, quam à Matre accepi, temperiem, robuſtumque corporis habitum, exquiſiti iſti cruciatus me non admodum ſive movent, ſive affligunt; Quinimmo cùm, irritatus iſta operosa induſtria, quam ad immutandam meam naturam anxius adhibet, ac inſumit, indignari plurimùm, tantæque ſuccenſere præſumtioni & temeritati deberem, rideo potiùs illam ho-

minis ſtultitiam, atque ex tàm pauco, quod ipſi reſtare videtur, ſapientiæ ſale, ſales mihi jocosque elicio, illumque ludos atque delicias facio. Equidem ingenium ſuum mirè torquet,& nihil non invenire laborat miſer, quò ad ſuam me denique voluntatem trahat,ſed, quemadmodum in incognito prorſus negotio verſatur, ita quoque fruſtrà ſudat, adeoque ex non intellecto, nec probè jacto fundamento ridicula planè & abſurda exſurgit fabrica. Intereà tantum non perſuaſum habet credulus, ſeſe jam intùs me, & in cute, ut ajunt, nôſſe, exiſtimando, me ex tua, ô *Mercuri*, ſubtiliſſima ſubſtantia compoſitum eſſe, idque ob intimum illum, quo me proſequeris, affectum; unde præter ſingularem utriusque naturæ conformitatem, nullam aliam tàm arcti fœderis cauſſam eſſe judicat, minimè interim conſiderans, id ipſum quoque ex aliqua occulta proprietate, qua etiam magnes ferrum, & ſuccinum paleam attrahere ſolet, vel ab ipſa provenire poſſe munditie,quam ego ſigularem retinere conſuevi, tuque peculiari naturæ tuæ inſtinctu adeò deperis, ut puris mundisque rebus te facilimo negotio implices & conjungas, quemadmodum etiam *Saturnum* puriorem,terſumque *Jovem* amplecti amas,quotiescunque fortè fortuna illos purificatos lotosque deprehendere datur. Quæ ſanè res aliter ſe habere nequit; quodſi enim ex te fuiſſem compoſitus, tuam quoque naturam imitarer; jam verò ex frigido, (quemadmodum tuus quidem fert genius) congelari

gelari non possum, constat itaque quantô errore tua me ex substantia componi præsumatur. Pariter contendit Homo, me ex paucâ Sulphuris puri, sed tingentis, substantia conflatum esse; quasi verò meam id compositionem ingrederetur, cujus ego societate nunquam delectatus fui, utut Natura mater, dum meam adgreditur generationem, illius, tanquam concurrentis causæ, operâ utatur. Verùm enimverò quod non intret, (quemadmodum nec tu, ô *Mercuri*,) meam materiam, id sanè ad oculum patet; quodsi enim sulphuris naturam participarem, æquè ac illud, igni impositus accenderer, flammamque conciperem, id quod etiam de vob. reliquis; non minus ac de me ipso dici potest. Ut paucis me expediam, tanta hominis est arrogantia, ut ea quoque de me scire se autumet, quæ vel meipsum penitùs latent, neq; ullâ cognosci ratione queunt. Fingamus enim nos ex te, ô *Mercuri*, vel ex tuo compatre *Arsenico* conflatos esse, nonne tandem in utrumq; denuò resolveremur? At verò, quot admotis experimentorum machinis in vanum id tentavit; tantumque abfuit, ut vel me, vel etiam vos in *Mercurium* aut *Arsenicum* resolvere potuerit, ut potiùs in vapores & liquores nos plane inutiles reduxerit, omneque mysterium in fumum denique abiecit. Quæ omnia huc tendunt, ut, nullam nos reliquos compositionis partem tibi debere, luculenter evincant. Ille verò existimans se tandem invenire posse nodum, cujus vinculo unitus atque com-

compactus teneor, omnibus modis, ut istũ solvat, studet. Cumq; ejus animo hæc firmiter opinio insederit, unã nos eandemq; omnes naturam participare, meq; simul cæteris judicet perfectiorẽ, fit porrò, ut mea in meam vos naturã convertendi virtute maximâ pollere credat. Præter quam v. quod neque in vestrâ, neq; in mea id sitũ potestate est, tantum tamen sibi hominis tribuit arrogantia, ut quoque matris nostræ officium affectare nullus erubescat, eodemq; cum semine, ex quô nos illa generat, nos producere, eodem nutrire lacte, eodemq; prorsus sanguine ac alimento nostrum procurare incrementum seposse autumet; intereà vero minimè animadvertit stultus, ventrem ipsi deesse naturalem, cùm & viscera, & proprietates, & semen conveniens deficere, ut jam temporis circumstantias, faventes majoris Planetæ radios, aliaq; plurima, quæ ad generationem nostram Symbolum conferunt, sicco, quod dicitur, pede prætereram. Accedit insuper, quod mediante ignis subsidio nos transmutare studeat, cùm tamen constet, illum ipsum potiùs nobis vel maximè adversari, non tantùm quoad alterationem, verùm etiam quoad generationem nostram; quandoquidem uteri materni calor temperatus est atq; amicus, minimè verò destructivus, qualem quidem elementarem ignem esse quotidie experimur. Immo adhuc valdè dubito, num communis nostra mater in mei generatione temperati solummodo caloris operâ usa fuerit, nec ne? advertens scilic. me ut plurimùm

mum in regionibus calidis produci, ubi terra Mater suis in Visceribus frigidior remanet, quæ ex adverso in frigidioribus locis temperatum in se calorem recondit. Præterea non ignorat ille, nos reliquos, ubi igni admovemur, omnes liquescere, à frigido v. figi, atq; congelari. Hinc apparet, caussam nostræ generationis frigiditatem potius, quàm caliditatē esse, quippe quæ non nisi me solum liquefacere apta nata est, vos a. cæteros destruere cōsuevit. Sed quicquid hujus sit, hoc saltem probè novi, me, quamvis ad flammæ tormentum aliqualem præ me feram alterationem, tamen ne minimam quidem substantiæ meæ portionem perdere, tantum abest, ut in Lapidem vel Medicinam, qualem suo ille cerebello jam dum impressit, & quæ vos omnes in *Solem* vel *Lunam* subitô convertere valeat, patiar me transmutari. At verò tot inter, quas homo mihi subinde parat, dilacerationes haut parum solatii affert, quod videam, eum, quando jam ex voto me possidet, iterum divendere, ut verò possideat, insumere me denuò atq; prodigere, arbitrans, me quò magis projicit, eô plus acquisiturum. Quod si misellus scire gestiret, quâ ratione & modô tractari abistô desiderem, qui istiusmodi Lapidem seu Medicinam, cujus virtute vos reliqui, ad indolem & naturam meam induendam adigi queatis, ex me conficere prætendit, debebat prius me intimius cognitum habere, non tantùm quoad partes, ex quibus constituor, verùm etiam quoad qualitates, proprietates, atq; naturam specificam: adeoq; juxta solidam

dam horum omnium cognitionem labores suos instituere, donec tandem ad veram mei compositionem devenire contingeret. Jam verò non video, unde ullam constitutionis meæ cognitionem sibi polliceri possit, sicubi in partes, ex quibus componor, me resolvere ignorârit; id quod tamen, tum ut partes meas probè perspectas habeat, tàm easdem posteà redunire queat, omninò requiri videtur. Cùm autem nullo artificio humano (nisi egregiè fallor) dividi vel resolvi queam, quomodo, quæso, partes meas, quas separare impossibile est, dignoscet? Accedit, quod, etiamsi & partes, & harum proportionem optimè nosset, ignoratô tamen adhuc, quô invicem jungi ac uniri modô debeant; non minùs, ac anteà, miserè deciperetur. Sed fingamus & hoc quoque ab ipso effectum dari posse, quomodo easdem suô uniet artificio, quandoquidem Natura mater (ceu dictum) ad corporis mei productionem caloris naturalis, temperati, ac domestici, minimè verò artificialis, neque purè elementaris opera uti consuevit? Ut jam silentio involvam, nostras proprietates specificas, ultimamque differentiam usque adeò in profundo latitare, ut nullius hominis, nequidem sagacissimi, intellectus eò penetrare valeat. Cùm itaque nostra homini constitutio prorsus sit incognita, nunquam sanè, quam intendit, naturam in nos introducere poterit. Et profectò res est risû dignissima, hominem qui ne quidem debilioris textutæ res efficere novit, nihilominus tamen ardua-

rum

rum, & quæ longè altioris indaginis sunt, productionem superbo planè ausu sibi arrogare; cùm interim res ipsa loquatur, illum ipsum ex parvâ aviculâ non posse facere talpam, neque ex cardueli passerem; immo nec hujus arboris in alterius fructum, pomum videlicet in pyrum transmutare posse, nisi prius adhibita inoculationis solertia pyrum malo inserat, id quod tamen non est propriè pyrum in pomum transmutare, sed ad nutriendum insertum pyro ramum, pomi humore uti. Insignem, quæso, cernite stultitiam, chilias annorum jam præteriit, ex quo mater nostra suô nos in uterô gerit, fovetque, nec dum tamen in hunc usque diem factos nos memini, quod in præsentiarum sumus; Ille verò; veluti mancipia sua nos tractans, dilaniansque, brevissimo temporis spatio unum in alterum transmutandi scientiam se consecutum arroganter præsumit; opus, quod ne longissimo quidem tempore Natura effectum dare potest. Aliàs ferè tàm in Naturalibus, quàm Artificialibus rebus, hæc solet deprehendi facilitas, ut minori cum labore ac industriâ destruantur, atque rumpantur, quàm generari, fabricari, vel uniri denuò queant; Ego verò non nisi maximâ cum difficultate destrui possum, unde longè adhuc majori cum soliditate me productum colligo. Cùm verò fungum producere minimè expediat, quomodo stultus arrogare sibi audet, quod ex vestrûm aliquô me componere velit? Optimè quidem novi responsionem, quam in promtu habet, quæque

huc tendit : ſe nempè ad corporis mei productionem ſive compoſitionem mediis ab ipsâ matre Naturâ in actum deductis uti ; quænam verò ſint iſta media , & qua gaudeant natura , vanus ille penitùs ignorat. Hinc etiam ego animadvertens , miſellum tàm inſano mei amore flagrare , ut magis adhuc hominem ludificarem , en ! contra meam quoque conſuetudinem,eum contraxi habitùm, quo indutus vel in mediis me flammis nunc oblecto ; unde quò magis importuno me foco exagitaverit, eô magis efficiet,ut in me intimius deſcendens , partes contraham meas , longeque robuſtior ſemper , atque obſtinatior evadam. Moveat itaque licet omnem lapidem, nullos unquam inveniet cruciatus, quibus, ut naturæ meæ genium prodam, invito extorqueat : faciat denique quicquid lubuerit , præter ſuave ſomnium , & ſpem de mea conſtitutione, ſeparatione atque conjunctione brevi addiſcenda conceptam, nihil obtinebit amplius : ſed in vanum prorſus vana hac , atque imaginaria ſe macerabit ſive ſcientia,ſive potentia, utpote quæ, licet omnes artis copias in auxilium vocaverit, nunquam in actum deducetur. Singuli quidem ſat prægnantem haberemus cauſam , de te , ô *Mars* , plurimas movendi querelas, teque uno ore accuſandi, quod amicitiæ non minùs ac Naturæ legibus vim inferens , auxilium crudeli iſti Tyranno noſtro ſuppeditare , viamque monſtrare nullus dubites , qua ad profundas terræ cavernas rectâ pervenire , noſque ibidem deprehendere queat ; eccuinam porrò niſi

nisi tibi, debemus, quod ubi nos ex natali solo ex-t. pavit, in durissimam servitutem redigat, tantaque omnes injuria afficiat; quandoquidem tuo subsidio si destitueretur, non video quâ ratione invenire nostra domicilia posset. Interim cùm reliqui nihil de te conquerantur, sed tranquilli sint, ego quoque, utpote, quam illi, minus causæ habens, ob quam tyrannidem istam adeò extimescere debeam, jam quidem protenus conquiesco.

Næ! jam dum in mentem mihi venerat cogitare, dicebat *Ferrum*, omnem culpam in miserum *Martem* denique translatum, hancque fabam in eô cusum iri; etenim, cùm armatus sim, & robusto vegetoque corpore præditus, unusquisque omnem delicti Sarcinam dorso meo imponit, addens; esse scil. illud satis lacertosum. Sed transeat hoc. Interim nolo jam adferre causas, quas quidem, si de vobis omnibus conqueri animus esset, plurimas haberem; quin potiùs breve hoc tempus, quod bono nostro fato nobis contigit, in communes super tyranno illo nostro querelas insumam, neque vos, quos alioquin fratrum instar amore sincero prosequor, nunc intempestivè accusabo. Nostis autem, longè mihi, quàm ulli vestrûm, ampliorem campum esse dolendi sortem meam, quippe quam tristem nimis duramque præ reliquis experior: Tantum enim abest, ut mea me quicquam fortitudo adjuvet, ut potiùs, æquè ac vos cæteri, non sine summâ existimationis meæ jacturâ, ex proprio quidem domicilio indigna vi expul-

huc tendit: se nempè ad corporis mei productionem sive compositionem mediis ab ipsâ matre Naturâ in actum deductis uti; quænam verò sint ista media, & qua gaudeant natura, vanus ille penitùs ignorat. Hinc etiam ego animadvertens, misellum tam insano mei amore flagrare, ut magis adhuc hominem ludificarem, en! contra meam quoque consuetudinem, eum contraxi habitum, quo indutus vel in mediis me flammis nunc oblecto; unde quò magis importuno me foco exagitaverit, eô magis efficiet, ut in me intimius descendens, partes contraham meas, longeque robustior semper, atque obstinatior evadam. Moveat itaque licet omnem lapidem, nullos unquam inveniet cruciatus, quibus, ut naturæ meæ genium prodam, invito extorqueat: faciat denique quicquid lubuerit, præter suave somnium, & spem de mea constitutione, separatione atque conjunctione brevi addiscenda conceptam, nihil obtinebit amplius: sed in vanum prorsus vana hac, atque imaginaria se macerabit sive scientia, sive potentia, utpote quæ, licet omnes artis copias in auxilium vocaverit, nunquam in actum deducetur. Singuli quidem sat prægnantem haberemus causam, de te, ô *Mars*, plurimas movendi querelas, teque uno ore accusandi, quod amicitiæ non minùs ac Naturæ legibus vim inferens, auxilium crudeli isti Tyranno nostro suppeditare, viamque monstrare nullus dubites, qua ad profundas terræ cavernas rectà pervenire, nosque ibidem deprehendere queat; eccuinam porrò nisi

nisi tibi, debemus, quod ubi nos ex natali solo ex-
t. pavit, in durissimam servitutem redigat, tanta-
que omnes injuria afficiat; quandoquidem tuo
subsidio si destitueretur, non video quâ ratione in-
venire nostra domicilia posset. Interim cùm reli-
qui nihil de te conquerantur, sed tranquilli sint,
ego quoque, utpote, quam illi, minus causæ ha-
bens, ob quam tyrannidem istam adeò extimesce-
re debeam, jam quidem protenus conquiesco.

Næ! jam dum in mentem mihi venerat cogi-
tare, dicebat *Ferrum*, omnem culpam in miserum
Martem denique translatum, hancque fabam in
eô cusum iri; etenim, cùm armatus sim, & robu-
sto vegetoque corpore præditus, unusquisque
omnem delicti Sarcinam dorso meo imponit, ad-
dens; esse scil. illud satis lacertosum. Sed transeat
hoc. Interim nolo jam adferre causas, quas qui-
dem, si de vobis omnibus conqueri animus esset,
plurimas haberem; quin potiùs breve hoc tempus,
quod bono nostro fato nobis contigit, in commu-
nes super tyranno illo nostro querelas insumam,
neque vos, quos alioquin fratrum instar amore
sincero prosequor, nunc intempestivè accusabo.
Nostis autem, longè mihi, quàm ulli vestrûm,
ampliorem campum esse dolendi sortem meam,
quippe quam tristem nimis duramque præ reliquis
experior: Tantum enim abest, ut mea me quic-
quam fortitudo adjuvet, ut potiùs, æquè ac vos
cæteri, non sine summâ existimationis meæ jactu-
râ, ex proprio quidem domicilio indigna vi expul-

ſus fuerim, id quod tantô majori cum meo dedecore conjungitur, quanto robuſtiorem, at reliquis valentiorem ipſemet me judico. At verò hoc non contentus homo cupidiſſimus, quòd pro ingenii libidine, concurrente ignis auxilio, in varia me inſtrumenta efformando, non ſolùm vobis omnibus, ſed ipſi quoque matri Terræ inimicum me fecerit, dum ſcilicet in frangendis huic oſſibus, dilacerandis viſceribus, effodiendisque inteſtinis ad conficiendas ſubterraneas cavernas meâ utitur operâ, immò verò id quoq; efficere allaborat, ut mihi ipſemet inimicus deveniam, meque ipſum perditum eam, dum ſcil. in mallei figuram me reducit, quô me percutiat, adeoque meis ipſius membris membra mihi frangat atque diſrumpat: Utq; me magis adhuc dilaceret, in limam me convertit, qua non vos ſolummodò, ſed me ipſum quoque corrodit. Sic variis me modis per me ipſum excruciat, & condemnat: cumque mihi gratias referre deberet ſingulares, quòd ipſi in tot tantiſque neceſſitatis caſibus egregiè inſerviam, ille contrà omnis beneficii immemor, percutiendo, deſtruendo, atque torquendo ita me dilacerat, ut ſæpenumerò ne minimam quidem priſtinæ meæ formæ partem retineam. Neque acquieſcit crudelis in diverſis illis officiis, quæ ipſi, ſub vario armorum genere, modò cultri, modò haſtæ, mox ſclopeti &c. vicem gerens præſto, ita ut meo interventu ab inſultibus ferarum ſe defendere, omnique aliâ exteriori injuriâ tueri optimè valeat; immo verò

adeò

adeò non considerat, quàm singulari suâ cum utilitate & commodo ipsi succurram, quoties de extruendis domib⁹, ædificandis palatiis, navibusq; fabricandis cogitatio mentẽ subit, ut post tanta potiùs, totq; à me præstita servitia, (postquã, chordâ oberrans eâdẽ, fictâ me pollicitatione lactavit; se nempe tuô, ô *Sol*, panno me investiturum, tuamque in naturam conversurum,) tandem ad ignem me rapiens barbarus paulatim destruat, mox verò, ubi jam in vanũ se laborasse videt, in scorias faciemq; penitus concrematam reducat, ut postmodum hac ipsâ tuum, ô *Luna*, pallorem tingat, ipseque femina, qualis tu es, mediante colore meô, appaream, at verò tinctura mea, quando in marem jam degenerat, me potius dirimit, atque consumit. Nihil equidem mallet, quam in *Solem* te mutatum cernere, etiamsi matri tuæ feminam te facere, non masculum, placuerit; interim animadvertit miser, me, si fortè non in cemento statim, saltem tùm temporis, quando jam ad votum planè suum auxilii mei interventu te reductam credit, denuò evanescere, teque cum primo illo pallore tuo in medio relinquere, ita ut nullum aliud ex tam improbo labore fructum, nisi sollicitudinem & mœrorem, colligat, &,

Ludibrium debens ingentibus excidat ausis!

Quoniam verò obstinatus ille videt, mediante isto colore luteo, quô abundo, vos etiam reliquos tingi, meoque colore imbui, in mentem ipsi venit cogitare, illud me nutrimentum, quô mater nostra vos sustentavit, in scoriis meis reconditum asser-

vare, unde tantâ me crudelitate affligit, ut partim indignatione motus, partim quò minùs voti compotem reddam, in terram me potiùs, quàm ad meliorem frugem atque naturam reduci patiar. Verum enim verò omnis miseriæ atque infortunii mei culpa à *Mercurio* nostro provenit, quandoquidem tyrannus ille, existimans, me argentum aliquod vivum, fixum, & cum terrenâ substantiâ permistum continere, miras mihi insidias struit, variisque me tormentis exponit, ut me tandem in te, ô *Mercuri*, convertat: sibi interim abblandiens, credensque, me, ubi prius in te transmutatus fuero, facili negotio in *Solem* converti, vosque omnes, posteà, ut ita dicam, solificari posse. Sed ineptus nondum novit, nihil minus me velle, quàm eô usque me demittere, ut de robusto ac firmo, qualis nunc existo, in fugacem atque instabilem degenerem; Et, quod pace tuâ, ô *Sol*, dictum sit, quanquam Tyranni istius avaritiâ omni tormentorum genere singulos affligat, quò tandem me, vel sororem saltem tuam, *Lunam* quæritet, nihilominus tamen non lubenter sanè tuam induerem naturam, quippe quæ nimis effæminati genium redolet, nec ferè ad quicquam aliud, nisi ut pulchra appareat, conducit, cùm tamen vigor meus, vegetumque robor, in istius pudorem, plurimùm æstimetur juxta ac commendetur. Quantum vero ad illud attinet, quòd anteà dixisti, absque meâ operâ si fuisset, hominem nunquam domicilium detegere tuum atq; reperire potuisse, præterquam quòd à vero id planè

alie-

alienum est, siquidem eâdem, quâ me primum ratione deprehendit, utique te etiam tandem invenisset, ut hoc mihi acceptum ferri minimè debeat; te insuper optimô, quô potui, modô homini cognoscendum obtuli, ita ut nunc præ nobis omnibus ab illo plurimùm æstimeris.

Quodsi sermoni tuo, ô *Mars*, finem non imponis, subjunxit *Mercurius*, næ! Tyrannus, priusquam reliqui rationes afferre nostras possimus, domum veniet. Quare, ut, quæ me concernunt, proferam, tibique, ô *Sol*, & *Mars*, respondeam, quid quæso tandem hinc inferre vultis, si vel maximè ex me compositos avarus vos homo opinetur? Sumne ego qui feci, & in quem convertere ferrum fas sit? putatis-ne propterea, me ejus lenonem vel exploratorem esse? Equidem si vos audiam, vestrum me homo nutritorem reputat, ita, ut, quemadmodum infans ex nutricis suæ mammis lac sugit, vos primùm quoque mihi nutrimentum acceptum feratis. Sit verò ita, uti quidem vobis perplacet, quid autem exinde sequitur? Profectò, si vobis inservio, ingrato ergame animo esse minimè debebatis: & quamvis plurima *Lunæ* officia præstem, indulgendum hoc mihi reor, siquidem femina honesta est, ac honori famæque suæ metuit. Propterea tamen non minus erga *Jovem*, quòd patronus audiat, tùm etiam erga *Saturnum*, quòd jam Senex sit, officiosum me, promtumque exhibeo; quid? quòd te quoque ô *Sol*, tenerrimè amplector, teque ô *Mars*, qui cœteris es levior, sæpè sæpiùs humeris

meis sustineam? Posses fortè mihi imputare, quòd cæteroquin satis tecum congruam, verùm damni hujus culpa audaciam tuam rubigine onerat; & si tibi videtur, quòd nec *Venerem* adeò magni faciam, id quidem propterea fieri scias, quòd illa erga me semper crudelior, tibi verô valdè amica fuerit; immo verò si quando unà estis, *Sol*, vobis facem suam lucet, vestrosque nobis omnibus prodit detegitque amores: interim non parùm obstrictus mihi es, quandoquidem, opera mea si defuerit, ne ad momentum quidem temporis à *Sole* illuminari potes. Sed cum pacem inter nos atque amicitiam, colere debeamus, neque jam irritare crabrones expediat, quicquid in medium afferre aliâs hoc de argumento possem, silentio involvam, nec nisi de Tyranno communi conquerar, quippe qui nihil eorum intermittit, quæ ad fixationem meam in te, ô *Luna*, perficiendam pertinere arbitratur, quique omnibus me modis persequitur, quò me tandem eam in medicinam convertat, cujus beneficio cæterorum imperfectioni consuli queat; ego verò, quô majori ille sollicitudine me torquere & exagitare studet, eò obstinatiori animô memet abscondo, oculisque suis subduco: nullum enim in curam magis incumbo, quàm ut ludibrio hominem habeam, deliciasvé faciam; neque unquam permittam, ut qualem quidem me esse judicat, vel potius præsumit, talem reverâ me inveniat, quin potius antiquum obtinens eidem semper egregiè illudam, & quoties me, ut excruciet, aggredietur,

tor-

tormentis me illicô subducam, fugâque mihi consulam; sin verò me fortè detinuerit invitum, mox instar *Acheloi* alicujus, sive *Vertumni* vultum in horas, immo momenta, mutabo, jamque in præcipitatum, mox in cinnaberim, modò in hunc, modò in alium me colorem transformabo: sed quid verbis opus? sufficit quòd nullo unquam tempore tuam, ô *Sol*, & multò adhuc minùs, tuam ô *Luna* essentiam ingressurus sim. Et quando jam existimabit, se congelatum me, atque coagulatum quasi in pyxide possidere, sine ullâ tamen id utilitate suâ, sine omni fructu erit. Non est igitur, ut quisquam vestrûm querelas de me moveat, quin potius finite, quæso, ut de nobis omnibus, immo verò, præsertim in fine negotii, de semet ipso homo quam maximè conqueratur.

Cogor & ego, dicebat *Saturnus*, hominem istum avarum accusare, deque pravâ illius indole conqueri; hic enim, cùm me soni omnis expertem, satisque ponderosum deprehendat, tum etiam, me minimè putrefieri solere, videat, magnam hinc statim affinitatem mihi tecum, ô *Sol*, intercedere colligit: at verò quantum ab invicem uterque differamus, inde facilè cognosci potest, quod, dum tuam in naturam, ignis calore, me mutare satagit, in *Minium* potius convertar; & quando, mediante frigido, frigidis me exponendo vaporibus alterare studet, tantum abest, suis ut respondeam votis, ut potius in *Cerussam* abeam.

Fidem meam testor, subjunxit *Jupiter*, me

multò magis adhuc hominem ludibrio habere: etenim, quando jam in *Lunam* me convertere allaborat, tunc ego, ut ne femina evadam, in *Lythargirium* potius, vel *Antimonium* mutor; quodsi verò nimium me torquet, suos ante oculos protenus evanesco. Interim non eo inficias, magnam mihi tecum, ô *Luna*, intercedere necessitudinem, quemadmodum tuo quoque cum fratre *Sole*, quinimò uterque probè nostis, quàm difficulter me â vobis divelli patiar, nisi fortè intensâ tormentorum violentiâ victus eô denique adducar. Vosque, ô fratres, non uno nomine mihi obstricti estis, quippe qui vestro me consortio adjungens, in causa sum, quod communis noster Tyrannus tàm fragiles inveniat, ut sese tandem sua in opinione ac proposito penitus deceptum, atque delusum cernat; quamvis in hoc ipso quidem quòd pater mihi sit, *Saturnum*, teque etiam, ô *Sol*, ob tuam præprimis teneritudinem plurimùm suspicio.

Propterea tamen, dicebat *Venus*, etiamsi ipsi sit, quod vobiscum agat, minimè me deserit, aut ullam mihi quietem indulget, utpote quam *Solis*, *Saturni*, *Jovis* & *Martis* uxorem credit; immo vero & *Mercurii*, credo, diceret, nisi hermaphroditum esse non ignoraret: interim pro lubitu obloquitur, & parum abest, quin etiam tecum, ô *Luna*, me colludere dicat, quam tamen nescio sanè utrum oblata etiam occasione tantô honore dignari vellem; sed quicquid hujus sit, si quando nimiùm mihi molestus fuerit in viridem me quanta quanta sum, muta-

mutabo colorem, vel citrina vultum flavedine tingam potius, quàm ut unquam, qualem me poscit, & desiderat, evadam.

Tace, per tuam te fidem obtestor, meretricula quæ es, interponendo se dicebat *Luna*; nimis sanè altos spiritus jam alis, nimiùm tibi tribuis, quasi verò commercium meum tibi usque adeò ingratum esset! sed benè habet, quòd, quò facilius me à te separem, patris *Saturni* falx plurimùm quidem me adjuvet. Quantum vero ad Tyrannum nostrum attinet, securi planè estote, ô fratres, nec enim fallam spem & expectationem vestram; quin potiùs in cœruleum colorem vel *Cerussam* me commutabo, quàm ut suo unquam desiderio respondeam.

Agedum ô mei! interpellabat *Sol*, minimè hoc animi fuerat propositum, inter nos rixas ut excitaremus, sed potius ut unanimi consensu, quemadmodum etiam in hunc usque diem à nobis factum esse memini, hominem istum delicias ludosque faceremus. Ac propterea etiam, quantum quidem me concernit, nihil est quod metuatis; neque enim ego unquam permisero, ut quisquam vestrûm in meam naturam convertatur, seu transmutetur. Quodsi verò hæc aliquando homini fortuna contigerit, ita comparata erit, ut denuò eandem invenire viam minimè liceat; vel si fortè, concurrente justo artificio, tàm patiens juxta ac fortunatus fuerit, ut efficere denuò valeat, næ! tanto ipsi unum quemque vestrûm constare videbitis, ut mallet, se

tàm in veſtram, quàm mei ipſius cognitionem, nunquam deveniſſe, ſumtus enim, & labor, unà cum tempore, quod in hoc negotium impendet, utilitatem, gloriam & fructus, quos inde percipere dabitur, plurimùm ſuperabunt; ut de vitæ jactura, quam faciet, animique inquietudine, quam experietur certiſſimam, nihil nunc commemorem.

Et nos, reſponderunt Cæteri, pro more ſolito, nihil omninò dabimus, præter ſuperficialem aliquam, minimeque fixam Tincturam, quâ mediante, quod facere alias ſolet, monetam adulterare valeat, quò tandem Juſtitiæ Manum, ob tantam injuriam, quâ nos continuò afficit, ſeveram de illo vindictam ſumere videamus; quòdſi tamen ullam admiſſuri mutationem ſumus, in majorem hominis contemtum, & dolorem potius, quàm honorem, & lætitiam, illa deſinet, ſiquidem non meliorem nos induiſſe, ſed in deteriorem potius naturam degeneraſſe reipſa ſubinde experietur.

Omninò ita fieri par eſt, addebat *Jupiter*, ut qui adhibitis omnis generis tormentis tàm miſerè nos dilacerat, in ſuo tandem propoſito, & vanis cogitationibus deluſus ipſe atque in concepta ſpe deceptus relinquatur, nec niſi pro theſauro carbones inveniat.

Vix Metalla hoſce invicem ſermones miſcuerant, cùm ecce! *Alchimiſtæ* cum novis *Retortis* domum reverſi januam jam aperirent, & ad conſuetos ſe denuò accingerent labores; id quod ſtatim ac animadverterunt *Metalla*, ſubitò ſurrexere, &

unum-

unumquodque pulvere ſe prius aliquantulum conſpergens, in priſtinum ſe locū abſcondidit, altumq; ſubitò ubiq; erat ſilentium, quò ne minima quidem initæ conjurationis ſuſpicio ſuboriretur. Sed *Alchimiſtæ*, alia omnia potiùs, quam hoc cogitantes, iterū retortas lutare, furnos, metalla, mineralia, aliasque id generis res ſcopo ſuo inſervientes in locum reponere, manticas reſumere, ſicque labores ſolitos & faſtidioſos ſtrenuè continuare: Qui tamen ob initam Metallorum conjurationem, conceptumque odium, in hanc usque diem, (quantum ſcimus) ſpe licet mirum in modum gravidi, effectu planè ſteriles ac imperfecti remanent, ſiquidem omne artificium tandem in Tincturas ſophiſticas, lapides adulterinos, olea, colores, & aquas fortes, ſimiliaque medicamina venenoſa deſinere conſuevit. Intereà cum hiſce myſteriis atque ſecretis, unô ſaltu ex profeſſione Chymica, ad Medicam proſiliunt, in qua non minus, ac in prima fecerant, doctos peritos atque exercitatos ſeſe oſtentant ac gloriantur. Quare huic hominum generi, non parùm obſtricti ſunt *Curioſi*, dum ex laboribus illorum ac operationibus Chymicis tot abſurdos mirosque ſubinde excludi ac in lucem prodire fœtus vident, qui unicuique, qui rerum ſuarum minùs ſatagit, & quem alioquin exaſciatam horum vanitatem, & ſolennes ineptias audire juvat, ad oblactamentum prorſus ſingulare abundanter ſufficere poſſunt.

Car.

CAP. VI

De multis requisitis, quæ in Professoribus Alchimiæ, ad fabricandum lapidem, quem donum Dei vocant, desiderantur.

EX recitatâ modò fabula, pluribusque locis, quos ex supra dictorum autorum scriptis excerpsimus, abundè nunc patet, opinionem illam, quam Alchimistæ de lapide Philosophorum fovent atque circumferunt, aut omninò falsam, (siquidem longè alius, ac communis fert sententia, illis animus scopusque fuit) aut tam hunc, quàm illum rem ridiculam prorsus atque vanam esse, si præsertim juxta verborum, quibus utuntur, sensum, consuetasque loquendi formulas intelligi cuncta & explicari debeant. Verùm, ut penitius in veritatis hujus cognitionem deveniamus, quasdam illorum autoritates obiter examinabimus, visuri, num etiam cum supradictis rebus convenienter conciliari queant.

Geber l. *de summ. perfection. c.*1. agens de requisitis, quibus istiusmodi artificem esse instructum oportet, inter alia ita scribit: Ab eô, qui nobilem huncce lapidem reperire gestit, requiritur, ut naturalis philosophiæ principia probè calleat, sanus insuper & robustus juvenis sit, qui vivacem perseverantiæ promtitudinem jungat, nec non divitias ad sumtas hosce faciendos requisitas possideat, sitque huic soli arti deditus, uti *capp.*3. 4. 5. *&* 6. differit. Et ad confirmandam hanc assertionem *lib. de Composit.* hujus *Lapidis* hæc leguntur: Ne quis

Ne quis accedat ad investigandum hunc lapidem stupido ingenio præditus, vel avarus vel in faciendis expensis nimiùm parcus: neque inconstans aliquis, præproperus, infirmus ac pauper, sed filius doctrinæ sit, & ingenii acumine valeat, à divitiis sufficienter instructus, splendidus sit, sanus, propositi tenax, patiens, temperatus, ac concinnâ aptâque membrorum dispositione insignis.

Pariter in *Magisterio Alberti Magni* talia legere est: *Primum* præceptum est, ut Artifex hujus artis taciturnus sit, neque eam ulli revelet, neque ullam ob rationem eliminet, atque propalet, persuasum habens, ad multorum ubi pervenerit aures, non posse non divulgari, quod si acciderit, pro falsario habebitur, seque ipsum, (laborē imperfectum relinquens,) in maximam præcipitabit ruinam. *Secundò*: Locum vel domum inhabitet minùs frequentatam, atque ab hominum conspectu paullò remotiorem, in quâ duo vel tria conclavia ad laborandum apta existant. Observet *tertiò* horas ac tempus operationibus maximè conveniens, quandoquidem sublimationes (inquit ille) verno tempore, ut & eô, quod sequitur, haut succedunt. *Quartò*, sit assiduus, frequens, ac sollicitus in operationibus, neque se, quò minus ad finem usque perseveret, tædio averti patiatur. *Quintò*, operam det, ut in triturationibus, fixationibus, calcinationibus, solutionibus, destillationibus, congelationibus, ac similibus operationibus secundùm artem operetur.

Et

Et in *proœmio libr.* qui inſcribitur: *Secretum Secretorum*, hæc legitur obſervatio ſeu Cautela: ſcias frater, quod magiſterium ſecreti lapidis officium ſit honoratum, & ſecretum ſecretorum DEI, quod coràm populo ſuo abſcondidit, omnibusque occultavit, exceptis iis, qui, tanquam filii ſui fideles, digni hac ſcientiâ reperti fuerunt.

Et in *cap.* 23. *& ultim. Roſarii Philoſophor. Arnoldi*, ita ſcriptum invenitur: Qui hunc meum librum poſſidet, in intellectu retineat, neque ulli manifeſtare illum velit, ne ad impiorum manus deveniat; ſecretum enim ſecretorum omnium Philoſophorum abſolutè continet, cùm talis gemma porcis atque indignis minimè debeat objici, quippe quæ magnum DEI donum eſt, quod, prout ipſi placuerit, largitur & diſpenſat. Quare, chariſſime mi, quicunq; hunc habebis librum, digito os comprimes, teque filium memineris Philoſophorum, ſecretiſſimè ſervabis Roſarium, quò dignè dici poſſis & haberi in numero antiquorum ſapientum.

In fine *libr.* de *perfection. Magiſter.* qui Ariſtoteli tribuitur, (licet ſequentia verba clarè oſtendant, non fuiſſe Stagiritam,) hæc habentur: Per amicitiam te precor, quæ cum Domino tibi intercedit, ut ne hoc manifeſtes arcanum, niſi filio noſtro, & unuſquisque, qui hoc ſecreto dignus fuerit, filius noſter erit, Deusque eum illuminabit. Tu vero quando jam ſuprà omnes lunaris hujus mundi circulos elevatus eris, recordare, ut pauperes inviſas, orphanisque & viduis aliisque, qui hoc the-

thesauro ac divitiis indigent, distribuas, illisque in tribulationibus & angustiis succurras, ut in die judicii vocem Domini audias, dicentis: *venite benedicti* &c.

Et in *fin. libr.* cui titulus: *De Formation. veri Lapid. Joh. Rupescissa*, ita scriptum invenitur: Totus periret mundus, si lapis noster nominaretur in nostris libris. O felicem scientiam, quæ ab homine sapiente quæritur, quæve ante alias omnes scientias quæri atque investigari unicè meretur, eam enim qui possidet, incomparabili thesauro fruitur. Natus est in saluberrimâ hujus seculi constitutione. Divitiis suprà omnes mundi Reges ac Principes abundat infinitis. Et quis quæso istiusmodi res non amaret plurimùm, quandoquidem hominem diutissimè incolumen conservant, plusque quam ulla Medicorum medicina præstare valet, præstant. Hi verè sunt justi in conspectu Dei ac hominum, sine mensurâ à multis per fraudem vel deceptionem comparari solita; sed speciale Dei donum est &c.

In *Thesauro Philosophiæ* scribitur. Occultârunt hoc secretum Philosophi, ne improbi hac ipsa scientia ad committenda potius scelera plurima abuterentur. Quare cave tibi, ô charissime, ut ne à recto & honesto hujus scientiæ tramite & usu ad malas artes abstraharis; aut indigno communices, quin potius illam pro more apud Philosophos recepto, cela, & silentio involve. Hanc ipsam scientiam ubi experimento probaveris, majus erga illam studium & amorem in te excitari senties.

Et in *libro*, qui inscribitur: *Rosarium minus, in primo capite partis secundæ* seqq. leguntur: Et talem gratiam inspiravit mihi spiritus Dei, qui duobus verbis omnes Philosophorum libros, de hac arte tractantes, exposuit. Et ecce! Spiritus Sancti verba: Mercurius est lapis, quem Philosophi colunt, & honorant. Cor meum apertum est, ut unusquisque veritatem legat, veluti ex libro aperto, eámque intelligat. Et paullò inferiùs: O quàm preciosa hæc est creatura, (de Lapide loquitur) meliorem Deus non creavit, animam rationalem si exceperis. In *libro* Regis *Calid*, filii *Jasici* à secretis Alchimiæ dicti, *in præfat.* hæc inter alia habentur: scias frater, nostrum hocce magisterium occulti Lapidis, honoratum esse officium, & secretum secretorum Dei, quod occultavit populis suis, neque ulli revelare voluit, nisi illis, qui tanquam filii sui, meriti fuerunt, suámque bonitatem & magnitudinem cognoverunt. Qui verò hoc secretum Dei desideraverit, ei quoque hujus magisterii secretum, plus quàm ullum aliud, qualecunque tandem sit, necessarium est.

In supradicto *libro de Composit. magni hujus Lapidis* legitur: Describo gloriosam, celebrem, & secretam scientiam, cujus beneficio indigentibus & pauperibus subveniri queat. In *fin.* verò dicti *cap.* 1. subjungit: Non nisi in gratiam & subsidium pauperum hæc scientia à Deo concessa est. Quodsi Reges & Principes illam nossent, nullus Philosophorum ea in posterum uti posset.

In

In alio certi cujusdam Autoris *de Alchymia* librô, in *fin. cap.* 28. præmissâ definitione Lapidis, ita legitur: Ex benedicto hoc Lapide aqua vitæ pro-inanat. Et *in quæstione*, quam *incertus* quidam *autor*, talem proponit : *Utrum Lapis hic celebris in peste prosit?* ita scriptum invenitur: Multi sunt, qui, ut hanc scientiam consequantur, omnem movent lapidem, putantque intrà duos vel tres annos voti compotes fieri se posse. Ego vero dico, quod neque intra tres, neque intra quatuor annos cuiquam, etiamsi doctissimus fuerit; eô pervenire liceat, ut aquam permanentē, quæ Lapidis hujus principium constituit, sibi comparare queat. Et siquando se fecisse jam, sibique comparasse Lapidem hunc aliquis credet, vix ac ne vix quidem in principio se hærere deprehendet; Senem vidi, inquit ille, in Angliâ, qui totos quadraginta annos in Lapide acquirendo consumsit, nec tamen unquam aquam permanentem reperire potuit. Imò, circa vitæ suæ finem, ex suô ipsius ore percepi, quod unumquodque aurum, quamquam pro soluto habeatur, credaturque, minimè tamen solutum, sed incineratum potiùs existat.

Has & multas alias autoritates similes in diversis libris, tàm quod ad requisita, quæ in Artifice desiderantur, quàm quod ad ipsius scientię prętantiam attinet, legere est; & in eô omnes omninò conveniunt, Lapidem huncce rem longè præstantissimam, ipsiusque Dei donum esse, quod omni quidem studiô, curâ, atque sollicitudine investigari,

acquisitum verò sacro silentio involvi, neque ul. mortalium communicari debeat.

CAP. VII.

Lapidem Philosophorum non posse esse medicinam aliquam aptam ad conficiendum aurum, sed multò praestantioris naturae rem esse; adeoq; Philosophos, si fortè talem Medicinam χρυσοποιητικὴν intellexerunt, non nisi admodum generaliter de eâ tractâsse, nunquam verò ad specialiora descendisse, multis rationibus ostenditur.

HÆC & alia postquam saepiùs mente volvimus, tumque etiam modum procedendi in particulari, speratum inde effectum, finem propositum, laborem & fastidia ad opus hoc requiri solita, sumtus ingentes, temporis moram, secretum silentium, assiduitatem, perseverantiam, totque alia requisita, quae hic tantâ cum patientiae commendatione inculcantur, & desiderantur, consideravimus, in mentem nobis venit cogitare, antiquos istos Philosophos, nullam minus, quàm quae verbis exprimi ab illis videtur, sententiam fovisse, ipsamque adeò modernorum de vero veterum dictorum sensu & explicatione opinionem, falsam prorsus atque erroneam esse. Neque enim credibile est (uti infrà meliùs deducemus) illorum scientiam circa tàm abjectam inventionem componendi scilicet Medicinam seu Lapidē quendam, fuisse occupatam, tantamque singulorum diligentiam, studium

ſtudium & anxietatem, quibus negotium hoc tractâſſe perhibentur, præfixum ſcopum alium habuiſſe nullum; niſi auri vel argenti materialis productionem. Nondum præterea apud omnes res æquè manifeſta eſt, quâ ratione Aurum & Argentum, res omnium præſtantiſſimæ; hujus ſcientiæ finis eſſe debeant, cùm, ſi finem Artis Chimicæ conſideres, præter metallorum imperfectorum, uti Plumbi, Cupri, Stanni, Ferri, quin & Mercurii in perfecta, Aurum ſcilicet & Argentum, reductionem, nullus alius inveniatur; imò verò ſtatim dubium ſuboriatur, num illa ſint & dicantur præſtantiſſima, quatenus in ſe vel eſſentia ſua conſiderantur, an verò potius, quatenus homini ad vitæ commoditatem & jucunditatem inſerviunt, hæc ipſis dignitas adjudicetur?

Quodſi hæc metalla in ſe, & quatenus omnium puriſſima, præſtantiſſima, atque pulcherrima ſunt, conſiderare volumus, unuſquiſque profectò, ſtatim ac ad cognitionem hanc atque ſcientiam pervenerit, in propria rerum ipſarum dignitate ac præſtantiâ illico acquieſcet, neque de ratione ſpecialiori, quâ & ipſe magnam auri & argenti vim & copiam procudere vel conficere queat, ampliùs cogitandi curam ſuſcipiet; ſed fingamus etiam, hominem iſtum ejuſcemodi in animo adhuc verſare curas, artemq; experimento confirmatam videndi deſiderio flagrare, næ ubi ſemel eventum expectationi reſpondere deprehendet, ex tàm perfecti magiſterii cognitione acquiſitâ (quæ in eô potiſſi-

mũ sita erit quod ex impuris & imperfectis metallis aurum & argentum conficere sciat) voluptatẽ quidem aliquam percipiet, eô tamen usque se rapi à desiderio & spe minimè patietur, ut mediante hac scientiâ, facultates rerum, atque copias & opes coacervare animum inducat. Et hoc modo aurum & argentum ex impurioribus metallis conficiendi scientia grata quidem ipsi, & perchara erit, æquè ac Statuarius ista delectatur cognitione, quâ ex vili aliquo saxo elegantissimam elaborare statuam novit; nec tamen propterea ex omni, quod reperiet, id generis saxo, similẽ fabrificare statuam volet, siquidem, semel hoc & quidem egregiè præstitisse, ipsi abunde sufficiet, neque in multiplicandô istiusmodi statuarum numero ampliùs sudare desiderabit. Alchimista verò, postquam seme & in pauca tantùm quantitate aurum confecit, ha- sua in scientia minimè conquiescet, ex quô, tanqu- signo manifestissimo, colligere est, finem, quem sib- moderni proposuere, esse, ut Lapidem Philosophorum conficiant; hujus verò finem ad Chrysopœiam dirigi; hanc autem denique ad accumulandas, quoad fieri licet, opes & divitias, veluti ad præfixum scopum, unicè collineare: ita ut non tam laudabile sciendi, quàm avarum potius possidendi multa desiderium, finis omnium ultimus hîc existat.

Et quemadmodum Medicus voluptate afficitur, quoties infirmum corpus pristinæ sanitati restituit, nec, quà Medicus, alium, præter sanitatis, intro-

introductionem, finem intendit, quamvis, quà homo avarus, lucri cupiditate abripi queat; ita etiam, quicunque scientiam hanc ideò ut metalla infirma (ut terminis illorum utamur) in sana & pura, (uti Aurum & Argentum esse diximus,) converteret, nosse desideraret, statim ac omne jam mysterium in promtu haberet, non sanè eam in curam amplius incumberet, ut multa imperfecta Metalla in pura transmutaret, quin potiꝰ in solâ cognitione istâ, veluti obtento fine, conquiesceret: Neq; n. unq. scientificus misericordiâ versus metalla impura duceretur, ita ut horum imperfectio aliquã in illius animo commiserationem, ac desiderium eadem ad perfectiorem statum reducendi, excitaret: imò verò ne Alchimista quidem tali moveretur fine, nisi ea illum spes aleret, fore, ut statim ac istam sibi comparaverit scientiam, plurima metalla impura, cùm magna istorum copia suppetat, in aurum & argentum convertere queat.

Solet equidem quandoque Medicus postquam ægrum aliquem restituit, ab alio in auxilium vocatus, implorantis precibus induci, ut & illius quoque curam suscipiat, imò etiam infirmitate ægri commotus, tali erga illum misericordiâ utitur; at verò in metallo nihil horum accidere posse constat, siquidem hoc neque Alchimistæ opem implorat, rogitatque, ut restitutionis suæ curam gerere velit, neque ipsa metalli infirmitas in animo Alchimistæ ullam excitat commiserationem, adeò ut, si fortè sanitas Ferri in reductione ad chalybem

consisteret, quotiescunque nulla lucri inde emersuri spes illucesceret, bonus Alchimista ferri sanitatem, & reductionem parùm curaturus esset.

Finis itaque talis scientiæ, prout Recentiores illum intendunt, & vitiosus valdè est, & nimis abjectus, quàm ut dici possit, veteres Philosophos ad hunc unicè scopum collineâsse. Quicunque igitur animum ad scientiam hanc adpellit, finem respicit, non uti bonus est ob scientiæ præstantiam, sed in quantum utilitatem præ se fert, & ad accùmulandas opes ac divitias conducere, adeoque avari votum maximè implere videtur: quodsi enim priori illo moveretur fine, hominis desiderium (uti suprà innuimus) in acquisita Chrysopœiæ scientiâ illicò conquiesceret, cum omne aurum, etiamsi pauca ejus sit quantitas, quoad præstantiam & perfectionem, cum eô, quod copiosiori apparatu coacervatum conspicitur, prorsus conveniat.

Unde tandem colligitur, Alchimistam minimè ambire scientiam conficiendi Lapidem vel Aurum, solo sciendi ardore adductum, (quali Musicus ad artem fertur Musicam) sed propterea, quod aurum rem valdè pretiosam, ingentisque valoris esse non ignoret, magnumque inde lucrum, & plurimarum rerum accessionem speret, sicque omnis tandem deliberatio, & labor in rationem utilitatis cadat. Sua itaque, quod dicitur, luce radiat, tàm vilem & abjectum finem, uti Recentioribus laudi dari nequit, ita antiquorum Philosopho-

ſophorum famæ & celebritati plurimum quidem detrahere.

Quodſi verò Aurum & Argentum non in ſe, & ſua eſſentia, ſed quatenus ad majorem hominis utilitatem, commodumque faciunt, conſiderantur, procul omni dubio in quæſtionem veniet, num utrumque cæteris nobilitate antecellat? immò verò apertè concludetur, aurum nullatenus præ reliquis deſiderari metallis deberi, neque eſſe, cur ſcientia conficiendi alia metalla minori hominem voluptate afficere debeat, quandoquidem longè major commoditas præſtantiusque beneficium à metallis cæteris, quàm ab ipſo auro, in humanos redundare uſus deprehenditur.

Sed age, diſſeramus pauliſper de hujus metalli nobilitate; quæ ſanè non niſi in compoſitione indiſſolubili, colore, pondere, ſimilibuſque qualitatibus (quibus interim longè præſtantiores, uſuique humano magis inſervientes in reliquis inveniuntur metallis) conſiſtit. Sed fingamus aurum quoad dictas qualitates reliqua metalla vincere, initiumque faciamus ab indiſſolubili illius mixtione, ob quam ſi fortè aurum cæteris præſtare metallis dicere velimus, procul omni dubio Ulmus atque Quercus Viti & Olivæ antecellent, ſiquidem illæ arbores hiſce longius durare, nec ita fragiles eſſe conſueverunt; ſin verò ſplendorem, ſeu citrinum in illo colorem laudare animus eſt, nonne polita chalybs magis adhuc ſplendet? utpote ex quô nitidiſſima ſpecula conficiuntur. Colorem

si quis æstimare voluerit, dicendum ipsi erit, luteum colorem cœruleô, immò purpura, aliisq; coloribus præstantiorem esse. Pulchritudinem vero auri extollentes si audiamus, pluris profectò faciendus erit Carduelis, quàm Turdus, aut Perdix, vel Falco; Pardusque Equo, & Chamæleon Elephanto præstabit: Ad pondus verò quod attinet, argentum vivum & plumbum auro parùm cedent. Ecquid verò est, quod durabilitatem auri adeò miramur, nonne stultitiæ homo potiùs argui debet, quoties rem aliâ præstantionem, nullam aliam ob causam, nisi quòd longioris ævi sit, pronunciat, cùm tamen ipse brevi eâ carere cogatur. Sic igitur lapides vestibus, immo nobismetipsis erunt longè præstantiores propterea quòd ab hisce temporis longitudine superemur. Fortassis verò aurum cæteris antecellere metallis dicimus propterea, quod solida illius substantia ignis vim atque impetum eludat? neque veluti alia metalla à voraci flamma consumatur? Sed quid nostra refert, cum natura ita comparatum sit? æque ac parum nostra interest, etiamsi mare exsiccare nequeamus. Eccùr vero primam elaborare materiam non addiscemus, cùm nunquam deficere soleat? Aut ignem inextinguibilem quare non studebimus producere, qui perpetuam nobis facem luceat? Quare saxosi montes fertilissimis campis chariores nobis non erunt! Cur durissimos lapides vestibus mollioribus, immo animalibus ipsis non præferemus, cùm illos

illos multò longiùs ac istos; vel hæc ipsa durare posse omni dubio careat.

Quibus ita se habentibus, videre sanè non possumus, unde tanta auri nobilitas proveniat, quasve ob caussas tanto illud sit in pretio, siquidem nulli alii rei, quàm fini vitioso & avaro, inservire aptum natum est. Quodsi verò ad necessarios usus, qui quotidiè nos urgent, respicimus, procul omni dubiô his longè melius, ac ipsum aurum cætera metalla, succurrent: Potissimùm vero Ferrum partes hîc suas egregiè implet, cum sit satis durabile, quantum quidem ad commoditatem nostram requiritur; & quamvis satis durabile minimè foret, Natura tamen hunc facilè defectum suppleret, quippe quæ in magna proinde copia ferrum produxit; immo fortè propterea aurum tam durabile fecit, ut cum abundare illud noluerit, rarior hicce auri proventus ad multa, immo infinita tempora, in quibus ferrum, ob succedentem subinde abundantiam, nunquam deficit, durare posset. Præterea ferrum non minùs, ac aurum, resplendet, candore suo argento non cedit, & si forte ferrum ab auro ponderis gravitate vincatur, major inde ad nos utilitas redundat, siquidem minor hæc ferri ponderositas commodiorem nob. istius usum præstat. Interim maximè sonorum est ferrum, quod in auro frustrà desideraveris. Id verò quod in ferro cæteris præstat, ejus est durities, ob quam vel ipso auro nobis utili⁹ esse, res ipsa loquitur. Unde n. quæso varia instrumenta illa, quæ tàm ad agricul-

turam, quàm diversarum artium usus & exercitia requiruntur? Nonne ferrum est, quod hæc omnia nobis suppeditat? Idem succurrit, quotiescunque conditionis nostræ necessitas ædificare domos, & extruere palatia jubet; quoties commercia naves deposcunt, ferrum adest: hoc vestes accommodat; cibos incidit, ut commodius sumi queant; adversus varias nos tuetur injurias; hoc deniq; multis rebus aliis ad vitam humanam necessariis inservit, sine quô alias non nisi ægrè admodum & difficulter necessitati nostræ consuli posset. Et sanè ferro si careremus, terra etiamnum (æquè ac primis temporibus πρωτανθρώπῳ Adamo factum legimus,) avulso arboris trunco fodienda, corioque animalium unguium vi horum corporibus detractô vestitis incendendum, vel saltem foliis arborum aut mollioribus juncis nostri corporis nuditas contegenda foret; quam utilitatem si quis vel ab auro, vel ab argento, natura sua tenerioribus, expectare voluerit, profectò frustra erit.

Finis igitur Chrysopœiæ aurum intendit, non quòd metallum cœteris præstantius, magisque ad humanos usus necessarium sit, sed quòd in maximo apud hominem vitiosum & avarum pretio habeatur, qui, non contentus rebus ad victum & amictum necessariis, cùm non ignoret, auri in mundo maximam vim atque existimationem esse, aurum unicè facere cogitat, intendit, laborat, parùm interim de conficiendis aliis metallis, magis licet necessa-

cessariis longeque utilioribus, sollicitus. Et hunc ipsum nobis errorem non obscurè ostendent illi Indiæ orientalis incolæ, qui, ut haberent, unde spinam pedi infixam eximere possent, pro parvâ aliqua acu ferrea auri frustulum vel centies ea gravius offerebant.

Quodsi pariter ad naturæ necessitatem respicimus, homo vel ut animal, vel uti politicus considerari potest. Quoad prius, præter ea, quæ ad victum, & amictum, tumque etiam corporis sui contra varias injurias tutelam ac defensionem pertinent, nullâ aliâ re indiget, quin potius quidquid adjunxeris, tanquam superfluum spernet. Ut verò politicè vivat, jam arte, domicilio, ac civitate opus est, ubi sanè dubium esse nullum potest, quin ferrum longe magis, ac aurum, ipsi necessarium sit, utpote quô, ad usum quæ faciant, perficere multò plura, quàm auro, potest. Ad aurum porrò quod attinet, illo non quà aurum, sed prout vel moneta, & certi cujusdã pretii res est, vel quatenus ad ornamenta pertinet, utimur. Quodsi jam Principes ac Magnates plumbo eundem, ac argento, valorem sancitâ lege constituerent, nec minoris cuprum, ac hodiè aurum solet, fieri ab omnibus vellent, idque in toto terrarum orbe strictè observaretur, neque aurum vel argentum majori amplius in pretio quam plumbum, cuprumve, haberentur, tàm certum est, quàm quod certissimum, ne unicum quidem Philosophum aut Alchimistam, in auro, veluti metallo præstantissimo, conficiendo

porrò

porrò sudaturum, verum omnem potius artem, ac labores suos ad conficiendum plumbum, cuprumvé, propterea quòd tùm temporis hæc præ reliquis æstimari metallis cerneret, directurum unicè ac insumturum esse. Jam vero quemadmodum res suas hodiè perdunt propterea, quòd aurum & argentum conficere nesciant, sic etiam tunc temporis opes suas profusuri atque perdituri essent ex eô, quod scilicet destruendi aurum & argentum, idq; in plumbum vel cuprum, vel aliud quodpiam metallum, quod percussi numi pretium impleret, commutandi artificio destitutis aqua pariter hæsitura foret, quandoquidem homo hoc ipso ad monetam destinato metallo avaritiæ suæ plenariè satisfacere posset. Rem vero ita sese habere, usus etiamnum in Tartaria Magna observari solitus, satis edocet; ibi enim & præsertim in magna urbe Quinsai, quæ urbs cœlestis vel cœli ipsis dicitur, monetæ ex interiori arborum cortice factæ, regioque sigillo signatæ distribuuntur, quarum beneficio, non minùs, ac monetæ aureæ vel argenteæ, usui hominum & necessitati prospicitur.

Manifestum itaque est, Alchimistas minimè propterea artem χρυσοποιητικὴν tàm anxiè ambire, atque desiderare, quod metallorum eos vel imperfectio moveat, vel præstantia & nobilitas quæ auro per se inest, instiget, sed quòd in pretio sit, & ab avaris Euclionibus plurimum æstimetur, etiamsi alioquin tantam homini, uti ferrum solet, utilitatem minimè adferat.

Quodsi

Quodsi verò in ornatu, & splendore omnem auri valorem ponere animus fuerit, procul dubio vasa vitrea & crystallina, si pulchritudinem horum, ac puritatem consideremus, aurum & argentum longissimis post se intervallis relinquent. Sin verò de ejuscemodi ornamentis, quæ ad majorem ædificiis ac parietibus elegantiam & splendorem conciliandum inde desumuntur, sermo fuerit, jàm elegans purpuræ color est, ut auro minimè cedat; Ornamenta muliebria quod concernit, certùm est; albæ rosæ aut candidi ligustri haut procul à rubicundis Rusticellæ genis conspicui nitorem longe majori illam elegantia exornare, quàm cingulum quodpiam argenteum vel aureum, quô urbicæ mulieris amictus præcingitur. Sic pariter sertum ex rubris, flavisque floribus concinnatum, longe majorem pulchritudinem neglectis & incomptis villicæ puellæ capillis conciliabit, quàm nobili feminæ tot aureæ catenæ, aliaque id generis ornamenta. Minime ergo rei bonitate, pulchritudine, aut utilitate ducti, sed potius lucri spe allecti tanti æstimare solent aurum Chymici, finisque horum non tàm honestati, quàm avaritiæ litat; quicunque enim majorem vim auri possidet, præ cæteris magnus habetur, & à plerisque plurimùm æstimatur. Quodsi vero Alchymista modum conficiendi margaritas, aliosque lapides pretiosos nosset, licet nulli alii, præterquàm quod visum egregiè recreent, usui inserviant, nihilominus tamen, cùm majori, quàm aurum, in pretio habeantur, omnem

omnẽ ſuam curam ſtudium & labores, relicto priori inſtituto, ad conficiendos lapides pretioſos, margaritas, ambramque & moſchum unice tranſlaturus eſſet.

Jam v. cùm hæc ita ſeſe habeant, quô vultu, & qua fronte, quæſo, tàm infamẽ ſcopũ antiquis iſtis affingemus Philoſophis, quorũ animus à multarum rerum poſſeſſione quàm maximè alienus fuit? tantum abeſt, ut de auro argentoque coacervando ſolliciti cogitarint. Quandoquidem Philoſophis proprium eſt comparatas artificio divitias, æquè ac omnem rerum abundantiam, ſeriò contemnere, adeoque avaritiam cane pejus & angue fugere; neque ſane ejuſcemodi res pluris faciunt, quàm naturalis illarum uſus requirere videtur, quippe quæ, quotiescunque alio ſumuntur modo, aliaque uſurpantur mente, non Philoſophis amplius, ſed Mercatoribus potius, atque deditis avaritiæ hominibus conveniens apparatus evadunt.

Et quam, quæſo, mereri vel ſperare Philoſophus ex tam abjecta inventione laudem poteſt? Quanta ipſum manet gloria, quod ejuſcemodi rem invenerit, quæ non ſolùm cupiditatem divitiarum, habendique deſiderium mirum in modum adauget, verùm etiam cum tot annorum jactura, tantoque auri conficiendi gratia ſuſcepto in vanum labore; ac ſudore moleſto non minùs ac ſupervacaneo conjungitur? Quin imò virtutem potius, non poſt nummos, ſed ante omnia, ſectabantur

ır Philoſophi, divitiasque contemnebant; longè ıajoris illam, quàm haſce facientes.

Hinc etiam de *Socrate*, mundanæ ſapientiæ)raculo, legitur, dicere ſolitum fuiſſe: Nihil aliud diis immortalibus, niſi ut, quod bonum eſt, no- ›is dare velint, petendum eſſe, quandoquidem illi ›ptimè nörunt, quid neceſſariũ nobis, quidve utile it. Unde porro ita exclamabat: ô mortaliũ mentē, ›bſcuriſſimis tenebris involutam, quàm magni & ıanifeſti ſunt errores, in quos cœca vanis tuis & ab- ırdis precibus dilaberis! Divitias & aurum deſide- ıs, quæ multis exitio fuerunt: Honores expetis, ıui infinitam hominum multitudinem perdide- ınt: nil niſi regna & principatus cogitatione volu- ːs, quæ tamen omnia plerumque in miſeriam de- ıunt. Ceſſa, ô inepta, & frenum injice ejuſcemodi ·rum deſiderio, quippe quæ præſentiſſima infeli- ıtatis tuæ cauſſa eſſe queunt. Quin potius volun- ıtem tuam divinæ ſubmittas providentiæ, ſiqui- ːm Dii longe meliùs, quæ ad propoſitum, & rem oſtram faciant, eligere nôrunt.

Similiter etiam *Anaxagoram*, poſt diuturnam peregrinationem, virtutis atque ſcientiæ amore ſuſceptam, domum reverſum, cùm patriam, ac oſſeſſiones ſuas planè deſertas reperiſſet, in hæc ıpiſſe verba legimus: Niſi iſta periſſent, ego ſal- ıs non eſſem. Idem ferè de *Democrito*, *Biante*, ıultisque aliis Philoſophis perhibetur.

Ex quibus intelligitur, viros illos modò re- ıſitos, ſicubi paucas ſuas facultates curare vo- luiſſent,

omnẽ ſuam curam ſtudium & labores, relicto priori inſtituto, ad conficiendos lapides pretioſos, margaritas, ambramque & moſchum unice translaturus eſſet.

Jam v. cùm hæc ita ſeſe habeant, quô vultu, & qua fronte, quæſo, tàm infamẽ ſcopũ antiquis iſtis affingemus Philoſophis, quorũ animus à multarum rerum poſſeſſione quàm maximè alienus fuit? tantum abeſt, ut de auro argentoque coacervando ſolliciti cogitarint. Quandoquidem Philoſophis proprium eſt comparatas artificio divitias, æquè ac omnem rerum abundantiam, ſeriò contemnere, adeoque avaritiam cane pejus & angue fugere; neque ſane ejuſcemodi res pluris faciunt, quàm naturalis illarum uſus requirere videtur, quippe quæ, quotiescunque alio ſumuntur modo, aliaque uſurpantur mente, non Philoſophis amplius, ſed Mercatoribus potius, atque deditis avaritiæ hominibus conveniens apparatus evadunt.

Et quam, quæſo, mereri vel ſperare Philoſophus ex tam abjecta inventione laudem poteſt? Quanta ipſum manet gloria, quod ejuſcemodi rem invenerit, quæ non ſolùm cupiditatem divitiarum, habendique deſiderium mirum in modum adauget, verùm etiam cum tot annorum jactura, tantoque auri conficiendi gratia ſuſcepto in vanum labore; ac ſudore moleſto non minùs ac ſupervacaneo conjungitur? Quin imò virtutem potius, non poſt nummos, ſed ante omnia, ſectabantur

tur Philosophi, divitiasque contemnebant; longè majoris illam, quàm hasce facientes.

Hinc etiam de *Socrate*, mundanæ sapientiæ Oraculo, legitur, dicere solitum fuisse: Nihil aliud à diis immortalibus, nisi ut, quod bonum est, nobis dare velint, petendum esse, quandoquidem illi optimè nôrunt, quid necessariũ nobis, quidve utile sit. Unde porro ita exclamabat: ô mortaliũ mentẽ, obscurissimis tenebris involutam, quàm magni & manifesti sunt errores, in quos cœca vanis tuis & absurdis precibus dilaberis! Divitias & aurum desideras, quæ multis exitio fuerunt: Honores expetis, qui infinitam hominum multitudinem perdiderunt: nil nisi regna & principatus cogitatione volutas, quæ tamen omnia plerumque in miseriam desinunt. Cessa, ô inepta, & frenum injice ejuscemodi rerum desiderio, quippe quæ præsentissima infelicitatis tuæ caussa esse queunt. Quin potius voluntatem tuam divinæ submittas providentiæ, siquidem Dii longe meliùs, quæ ad propositum, & rem nostram faciant, eligere nôrunt.

Similiter etiam *Anaxagoram*, post diuturnam peregrinationem, virtutis atque scientiæ amore susceptam, domum reversum, cùm patriam, ac possessiones suas planè desertas reperisset, in hæc erupisse verba legimus: Nisi ista perissent, ego salvus non essem. Idem ferè de *Democrito*, *Biante*, multisque aliis Philosophis perhibetur.

Ex quibus intelligitur, viros illos modò recensitos, sicubi paucas suas facultates curare voluissent,

luissent, harum quidem dominos futuros, nunquam vero, nisi illas planè contemsissent, in tantos philosophos evasuros fuisse; Accedit, quod res minimè sit habenda præstantior, si quis aurum conficere sciat, quàm si noverit producere plantam: cur igitur, quæso, planta philosophorum lapis non diceretur? Tollantur divitiæ istæ artificiales, homini planè superfluę, næ! longe majorem, quàm unquam præstare poterit aurum, utilitatem animantibus afferet planta, utpote quæ æstivo quidem tempore umbram, pluvioso vero aëre tegmen nobis suppeditat; vere flores, autumno fructus profert, dumque glacialis hyems urget, calore nos lignum subministrando reficit, quin etiam scamna, navem, aratrum, idque generis res alias egregias humanoque usui maximè proficuas largitur. Et sanè longè majus producet commodum, quicunque, ut in loco planè sterili vitis vel oliva pronascatur, effecerit, quàm qui totos in aurum montes converterit.

Quodsi igitur majorem mundo utilitatem affert, plusque satisfacit, arborem in loco sterili producere, vel sylvestrem in domesticam, seu hortensem commutare, e.g. prunum in pirum, aut sorbum in pomum, aut racemum in uvam optimam, & id generis alia præstare, cur quæso Agricola, & Agricultura non æstimaretur scientia & ars ipsâ Alchimiâ longè nobilor, atque utilior, si præsertim hoc sensu accipiatur? Cur non potius Agricultura nomen Lapidis Philosophorum merebitur, quàm

quàm qui mediante Alchymiâ produci posse perhibetur ?

Arbitramur itaque, Veteres istos Philosophos, quotiescunque jam sæpius nominati lapidis mentionem fecerunt, longè præstantius opus, quàm auri conficiendi Medicinam, intendisse; quandoquidem, (sicuti modò diximus) hic finis Philosopho planè indignus est, nomenque tale illum dedecet, imò etiam pleraque media cum ejusdem dignitate plurimùm quidem pugnant. Ut proinde eos per decantatum istum Lapidem rem autoritati suæ, animique magnitudini maximè convenientem intellexisse, juxta ac intendisse potiùs dicendum sit: Vel si hoc tandem sensu, quò ad auri productionem pertinet, de illo agunt, disseruntque, non nisi in universali argumentum hoc perstrinxisse, adeoque, quâ ratione (à causis ad effectus philosophicè procedendo) metalla imperfecta ad statum perfectiorem deducere, possibile sit, monstrare voluisse; existimandum est: at verò, ad ipsam praxin animum applicuisse, aut à desiderii impetu eò usque se abripi passos esse, ut conficere aurum datâ operâ tentârint, id quidem credi minimè debet: tunc enim celebre philosophi nomen illicò perdidissent; nec nisi avari sordidique artificis fama eos secuta fuisset.

Cæterùm non inanis conjectura est, alios quosdam homines avaros, postquam fundamenta Universalia jam à Philosophis posita esse animadverterunt, insanâ ditescendi libidine, veluti œstro,

luissent, harum quidem dominos futuros, nunquam vero, nisi illas planè contemsissent, in tantos philosophos evasuros fuisse; Accedit, quod res minimè sit habenda præstantior, si quis aurum conficere sciat, quàm si noverit producere plantam: cur igitur, quæso, planta philosophorum lapis non diceretur? Tollantur divitiæ istæ artificiales, homini planè superfluę, næ longe majorem, quàm unquam præstare poterit aurum, utilitatem animantibus afferet planta, utpote quæ æstivo quidem tempore umbram, pluvioso vero aëre tegmen nobis suppeditat; vere flores, autumno fructus profert, dumque glacialis hyems urget, calore nos lignum subministrando reficit, quin etiam scamna, navem, aratrum, idque generis res alias egregias humanoque usui maximè proficuas largitur. Et sanè longè majus producet commodum, quicunque, ut in loco planè sterili vitis vel oliva pronascatur, effecerit, quàm qui totos in aurum montes converterit.

Quodsi igitur majorem mundo utilitatem affert, plusque satisfacit, arborem in loco sterili producere, vel sylvestrem in domesticam, seu hortensem commutare, e.g. prunum in pirum, aut sorbum in pomum, aut racemum in uvam optimam, & id generis alia præstare, cur quæso Agricola, & Agricultura non æstimaretur scientia & ars ipsâ Alchimiâ longè nobilior, atque utilior, si præsertim hoc sensu accipiatur? Cur non potius Agricultura nomen Lapidis Philosophorum merebitur, quàm

quàm qui mediante Alchymiâ produci posse perhibetur?

Arbitramur itaque, Veteres istos Philosophos, quotiescunque jam sæpius nominati lapidis mentionem fecerunt, longè præstantius opus, quàm auri conficiendi Medicinam, intendisse; quandoquidem, (sicuti modò diximus) hic finis Philosopho planè indignus est, nomenque tale illum dedecet, imò etiam pleraque media cum ejusdem dignitate plurimùm quidem pugnant. Ut proinde eos per decantatum istum Lapidem rem autoritati suæ, animique magnitudini maximè convenientem intellexisse, juxta ac intendisse potiùs dicendum sit: Vel si hoc tandem sensu, quò ad auri productionem pertinet, de illo agunt, disseruntque, non nisi in universali argumentum hoc perstrinxisse, adeoque, quâ ratione (à causis ad effectus philosophicè procedendo) metalla imperfecta ad statum perfectiorem deducere, possibile sit, monstrare voluisse; existimandum est: at verò, ad ipsam praxin animum applicuisse, aut à desiderii impetu eò usque se abripi passos esse, ut conficere aurum datâ operâ tentârint, id quidem credi minimè debet: tunc enim celebre philosophi nomen illicò perdidissent; nec nisi avari sordidique artificis fama eos secuta fuisset.

Cæterùm non inanis conjectura est, alios quosdam homines avaros, postquam fundamenta Universalia jam à Philosophis posita esse animadverterunt, insanâ ditescendi libidine, veluti œstro,

percitos, operationibus particularibus studia su manumque adhibuisse, ut verò indignam istam cupiditatem suam aliquô honestatis velô obtegerent universalibus actibus particulares, eosq; ex propria imaginatione oriundos adjunxisse, tumque ad majorem operi autoritatem conciliandam sub antiquorum Philosophorum nomine propalâsse.

4. Quodsi verò denique istiusmodi praxis singulæq; ejus operationes ipsis maximè debentur Philosophis, eũ potissimùm in finẽ suæ de industriâ inservisse scientiæ potuerunt, ut ne homines otio diffluerent; sed potius, ingenti divitiarum spe allecti atque lactati, particularibus quoque operationibus manum admovendi, resque varias, easque elegantissimas inveniendi occasionem nanciscerentur; cujus generis, e.g. sunt, inaurare; inargentare varia medicamenta, aliaque, ùt Antimonium, Præcipitatum, Sulphur, Camphoram, Chrysocollam Plumbum ustum, Olea, Aquas fortes, Pulverem pyrium præparare; vitra in cannas conflare; specula & folia pro gemmis conficere; destillationes medicas adornare; varios colores & odores pretiosos componere ac producere; simplicia in subtilissimos spiritus reducere; metalla fundere; mappas, quæ mediante igne purgentur, construere; lapides, nitore suô atque venustate veras gemmas mentientes elaborare; vitrum indurare; varia pro salute hominum remedia invenire, & quæ sunt id generis experimenta alia, ab Alchimistis, dum aurum conficere student, reperta, atque in medium lucemque pro-

lat.

lata. Quin imò forsitan hunc ipsum ob finem praxin & operationes suas litteris consignatas posteritati reliquerunt. Sin v. illorum institutum ad hunc minimè collimavit scopum, tunc profectò consequitur, ideò promissa & pollicitationes, etiam juramenti fide confirmatas, ab illis additas esse, quòd nimirũ, in conficiendo auro in vanum se laborâsse, viderint, cùmque finem propositum assequi haut potuerint, dolore & indignatione abreptos, id negotii cum istis suis propositionibus universalibus dedisse, ut etiam alii in errores ac tenebras unà abducerentur.

Quodsi autem cæci isti homines probè considerassent, unamquamque artem fundamentis suis atque solidis principiis innixam, exoptatum quoque finem attingere solere, non potuissent non videre, ipsam conficiendi auri praxin principiis Philosophi universalibus non satis benè fulciri; hinc etiam finem suum minimè consequuntur, quandoquidem Philosophus possibile quidem verum suâ in scientiâ monstrat, actus verò forsitan planè impossibilis est, non tàm ipsius scientiæ, quàm artificis potius culpâ: intellectus enim humanus non tàm accuratè, uti quidem in scientiâ ostenditur, operari potest, cùm maximum inter universale & particulare discrimen intercedat. Quemadmodum enim in Medicinâ evenire videmus, ut, quamvis plurima remedia ad unumquemque humani corporis affectum conducentia in dictâ scientia proponuntur, attamen, ubi ad praxin ipsam de-

ventum eſt, jamque ad particularia deſcenditur, incurabilium quàm curabilium morborum longè major numerus obſervetur, & quidem non tàm ipſius Artis culpâ, quæ univerſalibus fundata principiis firmô ſtat talô, verumque bonâ fide oſtendit; quàm potius defectu artificis Medici, qui generalibus medendi præceptis particulares in ſingulis operationes exactiſſimè applicare non ſatis probè novit:ita etiam accidit in Alchymiâ, quæ quidem, quantum ad ſcientiam ipſam attinet, vera eſſe, in ipſo vero exercitio ſeu operatione χρυσοποιητικῇ minimè ſuccedere, planeque eſſe impoſſibili poteſt, reſpectu ſc. difficultatum, aliorum qu particularium in ipſo concurrentium imperito artifice, cujus ingenium, ſi maximè velit, particularia combinare minimè valet,ita ut exoptato fine nunquam potiatur. Et tamen nihilominus avarus homo, propterea quòd poſſibilitatem in ſcientia animadvertat, artificio accedente ſe finem tandem conſecuturum confidens, rem aggreditur, ob exiguam ſuam circa ſpecialia laborandi cognitionem, tùm etiam vitæ brevitatem, varioſque ignis & materiæ gradus, quæ omnia præciſè conjungere & aſſociare neſcit,prorſus impoſſibilem.

Aliæ quidem artes ſæpè numero finem ſuum obtinent, propterea quòd tanta in artifice operante difficultas non occurrat; quemadmodum Ars militaris victoriam haut rarò conſequitur; Architectus domum exſtruit; Medicina ſanitatem reſtituit; textor telam pertexit, faberque lignarius

ſcamna

ſcamua & ſutor calceos conficit, idque propterea, quòd quilibet horum particularia planè cognita & perſpecta habeat. Ars vero conficiendi auri aut nullo unquam tempore, aut certè rariſſimè præfixam metam attingit, cùm quod particularis operandi, uniendique modus in obſcuro lateat, tùm quod requiſitum ubique ignis gradum artifex minimè calleat; unde non niſi conjecturæ locus relinquitur, nihilque ab eô hiſce in rebus ſcienter peragi poteſt.

Et ſic non obſcurè patet, quàm vano irritoque prorſus labore in praxi conficiendi aurum ſudetur; Quare etiam veteres illos Philoſophos, quando de lapide ſuo diſſerunt, ejuſcemodi finem ſcopumque minimè intendiſſe, vel ſolummodo in univerſalium contemplatione conquieviſſe, neque unquam ipſis particularem tam abjectæ rei praxin atque experientiam curæ cordique fuiſſe, omnino credendum eſt.

Cap. VII.

Ipsâ Alchimiſtarum autoritate probatur, Philoſophorum lapidem nullatenus auri materialis conficiendi medicinam eſſe; ſimulq; de quorundam Philoſophorum circa hoc argumentum opinione diſſeritur.

Conſtat itaque Philoſophorum Lapidem non niſi admodum impropriè auri conficiendi Medicinam, idque ob vitioſum lucrum, quæſtumque avarum & ſorditum, appellari, adeoque longè

 aliud

aliud quid per lapidem ſuum antiquos iſtos Sapientes indigitare voluiſſe. Ut vero ad oculum pateat, homines illos artem ejuſmodi χρυσοποιητικῆς minimè intellexiſſe, (tam vilis enim philoſophorum animum ſi occupâſſet cogitatio, nihil ſanè minùs, quàm philoſophi fuiſſent) eorum dicta quæ in citatis anteà libris reperiuntur, examinaturi id longè manifeſtiſſimum faciemus.

Quodſi auri confectio tam excellens, præſtansque bonum foret, ita ut Medicina ad hoc opus idonea κατ' ἐξοχὴν Philoſophorum Lapis dici mereretur, omnibus ſanè cognita eſſe deberet, ſiquidem, ùt loquitur *Salomon*, ex abſcondito theſauro nulla hauritur utilitas; adde, quod juxta unanimem optimorum autorum ſententiam, præſtantiſſimarum rerum ſcientia in communes divulgari uſus, minimè vero manibus quaſi ſepulta jacere; atque detineri debet. Jam vero ſi aurum conficere res bona, omneque bonum ſui communicabile eſt, quemadmodum Deus, qui ſummum bonum eſt, communicabilis eſt, utique etiam alteri, & præſertìm à Philoſophis, communicari debet. Verum enim verò hoc Alchymiſtarum ſententiæ prorſus contrariatur, quippe qui in ſuis proœmiis, concluſionibus, dictiſque notabilioribus ſuadent, exhortantur, obteſtanturque, ut ſecretum hoc ſub ſilentii fide teneatur, neque ulli manifeſtetur; (& in hunc finem ſuprà dictas adducemus autoritates) ex quô proinde colligitur, dum modò reverâ bonum fuerit, nihil ab omni humanitate atque cha-

charitate alienius esse posse, quam id alios celare velle; imo etiam majus adhuc malum exsurgit, dum alterius bono quis invidere se ostendit; à quô quidem vitio atque errore omnes Philosophi semper, quàm longissimè poterunt, abibunt. Differentes enim, quodnam majus hominis bonum sit? post multas variasque cogitationes tandem reperient, non nisi eam esse felicitatem, quæ in bonis animi (minimè vero in divitiis, prout quidem Alchimistæ existimant,) consistit. Cumque bona animi, præter virtutes, alia nulla existant, publicè etiam de his loquentur, eas apertè docebunt, atq; unumquemque, ut illas tanquam vera hominis bona sectetur, dictis suis, & exemplo proprio instigabunt, nihil magis desiderantes, quàm ut omnes & singuli participes tanti boni, tantæque felicitatis fiant, eâ gaudeant, imo & abundent; tantum abest, ut, quemadmodum Alchimistæ solent, summum hoc Virtutum bonum ulli mortalium invideant. Hinc etiam Theatra, Scenas, & Scholas publicas aperuêre, ut Virtutes eò magis divulgarentur, omnesque in illarum studio informarentur juxta ac exercerentur; quinimò ab unoquoque eas addisci usque adeò desiderârunt, ut non solùm publico stipendio, ne quis sumtuum inopiam prætendens sese subduceret, Academias foverint, sed etiam pro illis, qui refragarii totos se vitiis dederant, varias invenerint leges, interdicta, reprehensiones, castigationes, aliaque infirmioris atque corruptis moribus defædati animi remedia excogitarint, quò

tandem ab istorum turpitudine discederent, &, vel sponte, vel vi adacti, frugem bonam, ùt dicitur, reciperent. Quodsi igitur aurum conficere res bona foret, nonne hanc celare & abscondere artem velle, ad impietatem quàm proximè accederet? annon charitati hoc atque dilectioni proximi, ipsiusque Naturæ legibus, imò vel maximè morali adversaretur Philosopho, quippe qui ut benè operetur, ac benè erudiat, id sibi præ reliquis negotii datum, propriumque planè esse existimat.

Hi quidem ita se excusatum eunt: posse scil. homines pravos hac ipsâ scientiâ abuti, opesque inde acquisitas ad malas artes abstrahere; at verò non animadvertunt inepti, divitias & opes in causâ potius esse, ut etiam probi in improbos degenerent; ut plurimùm enim vir aliâs probus, ubi opibus & facultatibus abundare contingit, externis istis bonis nihilo fit melior, sed potius ab immodico possessionum amore in transversum rapitur, rerumque abundantiâ ac successu elatus, pessimos mores induit. Hinc colligere est, probum aliquem, ubi ex paupere dives factus fuerit, faciliori negotio impietatis labem contrahere posse, quàm si in paupertate permansisset. Sic etiam improbus dives, si forte in paupertatem inciderit, vir bonus, aut saltem melior, quàm anteà fuerat, evadit. Quare quem vitæ probitas commendat, haut opus habebit divitiis, ut exinde virtutis quæstum faciat; neque insuper id absolutè bonum erit, quod corrumpere hominem potest. Quodsi itaque improbus abuti

aurô

aurô poteſt, ſuâ luce jam radiat, abſolutè bonum ad minimè eſſe, ſiquidem ita comparatum eſt, ut etiam ad malum inſervire queat. Virtutes verò nunquam deteriorem reddere hominem poſſunt, unde bonas illas eſſe omninò conſequitur. Idque tanquam bonum divulgari & communicari alteri debet. Hîc verò optimè faciunt Alchimiſtæ, dum ſilentii fidem tam anxiè inculcant, finemque tàm avarum, ſordidum, atque vitioſum ſilentio involvi atque prorſus occultari jubent: quinimo peculiari conſtitutâ legè, non ſolum, qui huic negotio operā navaret, acerbiſſimâ pœnâ ob dictum finem puniri, ſed & is quoque, qui alium hac in arte inſtitueret, ſeverè caſtigari deberet.

Addunt inſuper: hanc ſcientiam improbis ac invidioſis hominibus minimè manifeſtandam, ſed cum probis ſolummodo communicandam eſſe. At verò boni (reſpondemus nos) nihil minus volunt, quam ut illorum mores divitiarum admiratione corrumpantur, atque avaritiæ labe maculentur, hinc nec uſuras facere, neque ipſum aurum deſiderant, uti quidem ad hunc unicè ſcopum collimant Alchymiſtæ, qui hac inſtructi eſſe ſcientia, modumque conficiendi auri noſſe, vel ideò maximè volent, ut omnibus cupiditatibus ſuis ex aſſe ſatisfacere queant.

Ponunt poſteà etiam varias qualitates, quibus, qui huic ſe negotio accingere cupit, præditus eſſe debet; nempè requirunt in præceptis ſuis, ut ſit ſanus, acutus, doctus, pertinax, & dives:

quaſi verò improbus aliquis non æquè ſanus, litteratus, atque in ipſâ operatione obſtinaciſſimo eſſe animo poſſit!

Porrò etiam Deum blaſphemiis afficiunt, dum ipſum ſtultitiæ ſuæ teſtem adhibent, inventumque Chryſopœiæ donum DEI appellitant, divinæque Majeſtati peſſimum avaritiæ affectum affingunt, quò revelare aliis iſtiuſmodi ſecreta velit, quæ nulli alii uſui inſerviunt, quàm quòd vanæ hominum opinioni & mundanæ curioſitati ſatisfaciant.

Quin etiam hoc adjiciunt: ſe nempè, ubi ad hunc finem pervenerint, præcipuè viduarum, atque orphanorum recordari, ut horum neceſſitati ſuccurrant; Verùmenimverò longè alia ipſos cura tenet, proximus enim quiſque ſibi ipſi eſt; hinc quærenda pecunia primùm, & divitiæ accumulandæ ſunt, ut harum beneficio ſumtus neceſſarios in magiſterii proceſſum facere poſſint; ignorant ſc. miſeri, ipſis longè utilius, DEO a. gratius acceptiusque futurum, ſi quando ſumtus, quos in gratiam abſurdi ſui magiſterii imprudentes profundunt, in pauperes & egenos diſtribuerent, ſiquidem leviſſimum quoque munuſculum, quod vilioris fortunæ homo propter Deum offert, plus valet, quàm aurei montes ex ingenti divitiarum cumulo deſumti, atque diſpenſati, id quod apertè confitetur Evangelium, dum viduam iſtam pauperculam, quæ cum ſumma paupertate conflictans unum alterumque obolum obtulit, præ reliquis commendat.

Ob

Ob has & multas alias æquè parum convenientes causas credibile est, veteres istos Philosophos per lapidem suum aliam, quàm aurum materiale conficiendi Medicinam intelligere voluisse; vel si maximè hujus ipsius, uti verba sonant, mentionem fecerunt, non nisi metaphoricè locutos esse, ut hoc pacto avaris verba malè intellecta in cupiditatis insatiabilis vindictam commutarentur, quanquam ab istiusmodi potius hominibus hæc profecta inventio credi potest, qui rebus bonis malas adjungentes, hisce ad majus perpetrandum malum abutuntur; similes prorsus homini, qui ad faciendam mercaturam naves fabricans, cum illis postmodum piraticam exercet.

Quare omninò tenendum est, Philosophos, licet sub nomine metalli cogitationes exposuerint suas, condignum tamen sapientiâ, nomine, autoritate atque professione suâ argumentum intendisse; Finis enim Chrysopœiæ (ut mox dicturi sumus) nullatenus ad Philosophum pertinet, nisi Philosophum prorsus eundem cum avaro dicere velim; sin vero sapientiæ, (non divitiarum,) cultorem & amatorem, vel, uti Plato vult, mortis contemplatorem interpretari animus est, alia sanè Lapis Philosophorum res erit, quàm Mercurius Auri vel Argenti, vel quicquid denique eò valet, ut non nisi ad divitias & opes spectet. Adde quod valdè infra dignitatem Philosophi futurum sit, si ejuscemodi lapidem ab arte inventum philosophorum nomine appellitari permiserit: quandoquidem potius ad

Philoſophum pertinet, ipſique proprium eſt, ut effectus percurrat inveſtigando cauſas, harumque denuò effectus conſiderando ſolidam quærat ſibique comparet ſcientiam (quæ per ſe & ſuâ naturâ jucundiſſimus animæ cibus eſt,) quàm ut auri, aliarumque terrenarum opum accumulandarum cauſsâ in Lapidem anxiè inquirat. Hinc etiam ſaniores, recenſitis hactenus rationibus adducti, eam iverunt in ſententiam, longè aliam rem Philoſophos per Lapidem ſuum innuere voluiſſe, dicuntque propterea nonnulli, Philoſophorum lapidem nil niſi ultimam, imo potius primam illam Cauſam eſſe, ad quam ubi mediante diſcurſu naturali perventum eſt, veluti in ſaxo quodam immobili pedem figere oporteat, ſiquidem humano intellectui, ut plus ultra progrediatur, minimè quidem licet. Cumque principia naturalia infra primas Cauſſas poſita ſint, inveniuntur, qui hæc ipſa principia pro dicto lapide habenda eſſe judicant; quoniam verò primas cauſas maximè inter ſe differre plurimi ſtatuunt, juxta diverſam ſingulorum opinionem lapis Philoſophorum etiam plurimum variat.

Quidam, & præcipuè *Peripatetici*, volunt, lapidem hunc nihil aliud eſſe, quàm principium naturale, h.e. materiam illam, quæ, ob privationem, formam appetit. Alii vero, uti *Thales Mileſius*, Lapidem hunc Aquam, adeoque ex eadem omnes res naturales productas eſſe exiſtimant. *Anaximenes* illum in Aëre; *Heraclitus Epheſius* in Igne; *Ana-*

xago-

tagoras, *Clazomenus*, & *Epicurus* in Atomis; *Parmenides* in qualitate calidâ & frigidâ; *Diodorus*, *Democritus* & *Leucippus* in Vacuo & Pleno; *Pythagoras* in Numero; *Empedocles* in Odio & Amicitiâ quatuor Elementorum consistere voluerunt; adeoque (omnia in compendium ut referam) in investigandis principiis ac causis effectuum primis in diversas planè sententias singuli abierunt, ita ut, si quando eò perventum esset, ubi naturâ quidem duce ulterius progredi haut concedi ipsis videbatur, etiam ibi consisterent, illudque punctum *Lapidem*, hoc est, ultimum speculationum suarum terminum appellarent. Alii vero mundum æternum censentes cùm animadverterent, omnes omninò res ex se invicem, concurrente semper prioris corruptione, generari, Lapidem nihil aliud quàm *Generationem*, atque *Corruptionem* esse statuerunt. Cumque porrò res una ex aliâ generari non possit, nisi primæ prius præcesserit corruptio, resque, quæ corrumpuntur, moriantur, proinde *Mortem* ipsam dictum Philosophorum Lapidem esse existimârunt, quandoquidem nulla res esse incipit, quæ non ab ipsâ morte suos exordiatur natales: elementum enim unum ex alio, non nisi concurrente prioris morte, generatur, sic ex igne producitur aër cum morte & interitu ignis; ex aëre aqua, cum terræ morte, & ex aqua terra, cum hujus interitu generatur; hicve in reliquis omnibus rebus naturalibus producendi modus observari consuevit. Atque hac ipsâ pereri conclusione usus quoque est *Aristoteles* in

libb.

libb. de Generatione & Corruptione ita differens: Unius generatio est alterius mors seu corruptio, & unius mors seu interitus est alterius generatio. Quare nullum ex inferioribus corporibus produci potest, quod non ex præcedente alterius morte originem suam traxerit.

Hæc igitur causa communis, *Mors* appellari solita, & ab *Aristotele* sub nomine *Privationis* comprehensa, à quibusdam pro *Lapide* habita fuit; tanquam terminus firmus & stabilis, ad quem omnes res mortales atque corruptibiles tendunt & à quô originem suam trahunt, cùm nullus effectus integrè possit cognosci, sive compositum, sive simplex corpus sit, nisi in sua principia resolvatur, adeoque prius emoriatur.

In hanc quoque sententiam ire videtur *Plato*, quando Philosophiam definiturus eam esse Mortis contemplationem dicit: unde & Philosophus speculator Mortis nominandus erit. Et hæc (Mors scilicet) est ille ipse Lapis, ad quem plurimi impingent, dum omni suo ingenio ulterius progredi negabitur. Nonnulli verò ex sanioribus, uti sunt *Plato, Socrates, Zeno*, & alii animadvertentes, plurimas res naturales incorruptibiles esse, ùt anima rationalis, quæ cum morte terminari nequit, sed cum seculis suam perpetuitatem continuat, ùtùt lapidem in rebus mortalib. dari maximè concedant, in mortalibus propterea minimè conquiescent, sed potius ulterius progrediendo cognoscent, omnes omninò effectus ad unam aliquam, eamque mi-

unam caufam reduci, quæ per certa quædam media virtutem fuam ad infimos ufque, ultimosque effectus tranfmittit, cum ordine fynthetico feu compofitivo femper procedens, illi vero cum analyticâ fuâ methodo refilientes tandem pectoris fui ftimulum in DEO figent, cenfebuntque Lapidem fuum non nifi DEUM O. M. effe, primam iftam Caufam, quæ omni principio caret; Lapidem illum, dico, quem tranfilire non conceditur; Lapidem, in quô pedem figere convenit; Lapidem denique omnium firmiffimum, maximèque dignum, qui Philofophorum Lapis appelletur. Verùmenimvero, quanquam hæc ultima opinio, quantum quidem nobis judicare licet, ad veritatem quàm proximè accedit, nihilominus tamen ob imbecillitatem & defectum Philofophorum nonnifi in universali cognofci poteft; ut verò quis ad ipfam cognitionem practicam perveniat, minimè licet: fiquidem haut poterunt fenfibiliter cognofcere, DEUM illam ipfam conficiendi auri Medicinam effe, quam mentis oculo contemplantur. Unde dici poteft, deeffe his talibus veros ufus practicos, qui particularibus virtutes applicare univerfales confueverunt.

Hæ itaque fimilesque, circa decantatum dictum Lapidem Philofophorum effe opiniones poffunt, quarum fingulæ hoc tandem colligunt, dictum Lapidem nil nifi terminum atque principium iftud effe, in quô, cùm humanæ inveftigationi ulterius progredi haut concedatur, omnem cogitandi curam figere neceffum fit.

Cap.

CAP. IX.

Qualisnam reverâ ſit Lapis Philoſophorum; quiſve modus conficiendi certiſſimus, atque comprobatus. Quale itidem ſit cementum, quo mediante, an perfecta ſit medicina, cognoſcitur.

NOS verò in ſenſu longè ſaniori Philoſophorum Lapidem conſiderantes, neque latum unguem à verborum ſenſu, in libris citatorum autorum contentô recedentes, remque ipſam ſine ulteriori otioſæ contemplationis circuitu, ad ipſam πρᾶξιν revocantes, ultimorum ſententiam amplectimur, dicimusque, Philoſophorum Lapidem nihil aliud eſſe, quàm ipſummet DEUM, conſideratum quidem modo quodam alio, non autem ſimpliciter, & quatenus prima omnium Cauſa exiſtit. Etenim longè majorem conſolationem, quàm utilitatem afferret DEI, ut Cauſa prima ſolummodò conſiderati, contemplatio. Cùm vero dictus Lapis tàm celebris præſtantiæ, tamque decantatæ virtutis ſit, ut puriſſimum conficere aurum ac conſequenter infinitas ferè utilitates adferre valeat, nihil nos aliud per huncce Philoſophorum Lapidem intelligere profitemur, quàm Divinam Gratiam, communicatam Animæ Rationali, ad iſtius ſimilitudinem factæ, quæ nihil aliud eſt, quàm pars iſta, quæ Intellectus ſeu Ratio dicitur, quæve, quemadmodum ab initio in primâ ſui creatione, pulchra, pura atque innocens ad DEI imaginem producta

&

& formata fuit, posteà verò in corpus mortale inclusa variis sese vitiis atque affectibus mundanis immersit, horumque labe puritatem suam contaminavit; ita etiam dici potest; eandem illud fuisse argentum vivum ex purissimo desumptum auro; unde Medicina conficitur; fuisse insuper Sulphur illud non adurens, sed egregiô innocentiæ splendore coruscans, postmodum vero in argentum vivum Materiale; & Sulphur combustibile, atroque defectûs colore defœdatum degenerâsse.

Verùm enim verò quomodocunque tandem comparatum sit cum istâ Ratione, quæ singularis DEI Gratia est, constat, accedente imagisterio & operatione humanâ, in perfectam reduci posse medicinam; quæ omnem ab homine corruptionis labem auferre, eamque reducere in purissimum valeat, æque ac pulcherrimum aurum, quippe quod illius, unde dicta Medicina originem trahit, similitudinem exactè refert. Ut ita in hac ipsa Divinâ Gratiâ, in Creaturam Rationalem infusâ, inclusus contineatur celebris iste Lapis, & Medicina; quæ vitiositates humanas tollere, atque impuram voluntatem pravasque hominis actiones in bonas atque laudabiles commutare apta nata est: Quotiescunq; enim Ratio hæc in homine se præparat; extenuat, purgat, & perficit, toties sanè virtutem acquirit, atque potentiam, removendi non solùm vitia & defectus à quinque sensibus, (qui sunt veluti metalla quinque impura atque imperfecta;) per sensitivos appetitus, quibus homo maximo-

perè delectatur, (siquidem *Auditus* nihil nisi metallum novitatem & malè curiosum percontatorem resonans; *Odoratus*, nil nisi *Stannum* fragile & vaporosum, quod fumosis sese odoribus sustentat; *Gustus* nil nisi *Plumbum* dulce, molle & grave, homines, dum crapulæ indulgent, amicos eosque pariter somnolentos ac tardos reddens *Tactus* nil nisi *ferrum* sordidum, turpisque lasciviæ rubigine obductum; *Visus* denique, nil nisi *Argentum Vivum* vanitatis instabilis atq; ad millia mala instigantis curiositati involutum esse deprehenditur) verùm etiam ita præparandi eos, ut omnibus terrenis affectibus exuti, apti deveniant atque dispositi ad recipiendam Medicinam albam eamque transmutandi in naturam Animæ, quæ ex se suaque naturâ, æque ac excoctum, candidissimumque Argentum, innocens planè atque purissima fuit. Quodsi porrò Ratio modo dicta magis magisque sese renovet, perficiatque, ita ut voluntas cum eadem in omnibus prorsus consentiat, Sensusque ad hujus nictus promtissimi, ne minimum quidem ex regia Rationis via recedant, sed potius manibus pedibusque, h.e. omnibus viribus atque facultatib. in virtutis studio stadioq; progrediantur, tùm perfecta, quæ ad aurum producendum faciat, fieri hinc medicina potest, quæ & per se & respectu sensuum, ad demerendum sufficiat, ita ut dignos, qui Cœli gloriâ beentur, aurumque deveniant, reddat; quâ dignitate, singula beatorum corpora gaudebunt: æque ac ignobile metal-

tallum, in aurum purissimum atque incorruptibile commutatum, in infinitum multiplicari aptum natum est.

Possunt itaque quinq; Sensus, veluti tot metalla imperfecta mediante probe beneque dispositâ Ratione in purissimum reduci argentum, h. e. in puram atque innocentem vitæ transactionem, removendo sc. atque separando omnem ab illis vitiositatem, atque libidinem, pariterque mediante bonorum operum concursu in aurum transmutari, h. e. apti digniique reddi, qui etiam beatitudinem & gloriam mereantur.

Atque ut ad particularia descendamus, sciendum ante omnia est, quidnam sint isti Sensus, quemvé in finem concessa talia nobis talenta seu metalla fuerint? dandaq; est opera, ut cicurentur, exerceantur atq; sub Rationis freno ac disciplinâ coërceantur, nec nisi ob res maximè necessarias in usu vocentur. Sic Gustare oportet ea, quæ necessaria sunt ad victum, non ad gulam; Videre, non ob curiositatem; Odorari, non ob vanitatem; Audire, non ob libidinem; Tangere, non ob lasciviam, sed videre, audire, odorari, gustare, atque tangere res vitæ nostræ convenientes, ita ut nullam ibi voluptatem, nullas delicias, præter necessariam vitæ hujus sustentationem quæritemus. Imo in eam insuper curam incumbere debemus, ut assuefaciendo illos Jejunio, Continentiæ, Abstinentiæ, Silentio, Solitudini, atque Disciplinis, ad recipiendam Rationis Medicinam, cujus ope, argenti instar

ſtar, puri atque politi reddantur, præparemus atque diſponamus.

Et hoc quidem eodem conficitur modo, quô Alchymiſtæ præparanda eſſe metalla docent, removendo ſuperfluam humiditatem, h. e. mollitiem; ſulphureitatem aduſtibilem, h. e. ardentem luxuriam; nigredinem, quæ illa corrumpit, h. e. peccatum, quod comaculat; & denique terreſtreitatem immundam, fœculentam, combuſtibilem, atque ingreſſum Medicinæ impedientem, h. e. amorem rerum mundanarum & caducarum, quæ prohibere conſueverunt, quò minùs Divina Gratia noſtra penetrare viſcera poſſit, omnemq; ad illam promtè recipiendam diſpoſitionem tollunt, adeoque operationem ejus in medio veluti curſu ſufflaminant, dum affectus atque deſideria terrena Divinis ſeſe inſpirationibus opponunt. Cohibendus itaque Appetitus noſter eſt freno moderationis, bonorumque operum exercitio, ut Rationi ſubjugatus obtemperet, atq; hac ratione perfectam medicinam, quæ DEI Gratia eſt, recipere valeat. Id quod circa quinque Senſus, veluti quinque Metalla imperfecta peragi debet. Et facta quidem jam convenienti horum præparatione, de ipsâ poſtmodum Ratione, ejuſque requiſitis, tractatio inſtituenda eſt, id quod ad exemplum Alchimiſtarum perficitur, quando de variis philoſophantur proprietatibus, quas quæſitus ab illis Lapis habere debet, ſuntque: unam ex multis facere, ac unire ſubſtantiam, quæ fixa ſit, igni reſiſtat, omneſque,

quæ

quæ ad optimam requiruntur medicinam, conditiones atque qualitates possideat. Sic pariter Rationem perficere, eamq; virtute & bonis exornare operibus oportet, ut firma semper & stabilis, in bono perseverans, Divinæ unita Gratiæ, constansq; in laudabili proposito sit, ignique tentationum resistere adeoque victoriam deportare, tùm porrò, tutelâ atque patrocinio conciliato, Sensus instabiles firmare, discordes unire, licentiosos moderari, superbos refrenare, atque in purissimam commutare naturam valeat.

Ut verò Ratio licentiosos sensus in innocentem naturam convertendi virtutē hanc atq; potentiā recipere queat, hanc ipsam sublimare, distillare, calcinare, solvere, coagulare & figere convenit, necessumque adeò est omnes illos percurrere ac experiri terminos, quibus suam subjicere Medicinam Alchimistæ solent. Et quidem primò *sublimatione* opus est, ut ad naturæ suæ, suique Creatoris contemplationem elevetur, cogitetque, unde primam originem traxerit? Nec minus *Descensio* requiritur, quâ mediante ad humanæ miseriæ cognitionem, (cum quâ conjuncta hæret,) indeque oriundam animi submissionem atq; humilitatem perveniat: Fusis porrò ad Deum precibus eam *distillare* convenit, carnemque macerando *calcinare*: in lacrymas *solvere*: atque solidis virtutis operibus *condensare* convenit, uti sunt Charitas, Spes, Fides, Justitia, Temperantia, Humilitas, similesque virtutes: Firmanda porrò est, atque

figenda in DEO, ut ne urgente præsertim tribulationis igne, ab illo sese divelli unquam patiatur; Ac denique *ceratio* expetitur, ut in ardenti in patriam cœlestem commigrandi desiderio tota quasi colliquefiat, sicque non solum in primo, & secundo, verùm etiam in tertio ordine perfecta medicina; ad album, & rurbrum, argentum & aurum, vitam innocentem, & meritoriam atque gloriosam deducens evadat.

Tùm vero Ratio regularis in ordine primò benè succedit, quando hominem, tanquam Rationale purè Naturale, ut naturæ legibus convenienter vivat, dirigit; æqué ac Sphæras cœlestes, similesque creaturas alias facere videmus, quippe quæ miro ordine ita moventur, ut ne unguem transversum à suis legibus discedant. In secundo ordine progressum facit, quando hominem veluti politicum regit, qui cum alio homine sub legibus & statutis patriæ suæ, in virtutum moralium, aliarumq; actionum ad bonum politicum necessariarum exercitio versatur. In tertio ordine Ratio vires exerit suas, quando hominem in via salutis suæ quasi manu ducit, atque gubernat. Ubi quidem animadversione dignum est, Antiquos de medicinis hisce non solùm in primo & secundo, verum etiam tertio ordine loquuturos, quoad praxin vero ipsamque operationem ad tertium pervenire ordinem minimè valituros, licet de eodem in universali prolixum valdè sermonem fecerint, propterea quod nunquam inveniatur artifex suf-

ſufficiens, qui ad tàm abſolutam omnibus numeris perfecti[illegible], dictã deducere medicinam queat, ut ad tertium ordinem adſcenſus concedatur. Ac proinde aliquam quidem probæ vitæ Tincturam & colorem, veluti primi ordinis Medicinam, exhibebunt; poſtmodum vero in moralium virtutum exercitio ſudabunt, unde laudem atque egregiam nominis exiſtimationem acquirent, ita ut Medicina horum, quat. honeſtam vitam, ut laudem & famam inde in mundo conſequantur, colunt, Secundi ordinis appellari poſſit; Intereà tamen, cùm ad futuram felicitatem non adſpirent, neq; peritum ſatis artificem habeant, qui modum fabricandi Lapidis in tertio ordine eos edoceat, prolixè quidem de hoc ipſo philoſophabuntur, ut verò in uſum deducant, omnis illis aqua vel in ipſo limine hærebit.

Nos vero, qui Chriſtiani ſumus, beneficio fidei noſtræ, quæ facilem nobis ad Divinam Gratiam conciliat aditum; tumque etiam manuductione peritiſſimi Artificis, qui operandi nobis modum commonſtravit, antiquos illos plurimùm ſuperare, nobiliſſimumq; Lapidem in tertio ordine, ad commutandam naturam humanam in Angelicam & Divinam, noſtraque impura metalla in puriſſimum aurum convertendum, conficere poſſumus. Hinc Medicina veterum Metalla in ejuſmodi rem tranſmutabat, quæ aurum quidem externo ſplendore referebat, verum tamen aurum minimè fuerat, ſiquidem eorum vita innocens potiùs & moralis,

quàm meritoria exſtiterat. Noſtra v. MEDICINA in tale aurum commutat, quod non tantū [illegible] rum apparet, ſed etiam verè exiſtit, atq; in infinitum multiplicare poteſt: Fidei Chriſtianæ beneficiô, quæ nobis viam monſtrat compendiariam ad elaborandum hocce magiſterium; tùmque etiam peritiſſimi Artificis, Chriſti, inquam, Salvatoris noſtri auxilio; qui tàm accuratè operari, præparare, atque tàm ſenſus, quàm Rationem ipſam diſciplinæ ſubjicere novit, ut nullus unquam ſit obotiturus, qui ad tàm perfectum laborando pervenire magiſterium, multòminus in melius iſtud, præſtantiusque commutare ullô artificiô queat. Cæterùm tantâ nos facilitate pretioſſimum conficere docuit lapidem Magiſter excellentiſſimus, ut unuſquiſque noſtrûm, (dummodo non noluerimus) probatum Magiſtri operandi modum imitando, Medicinam hancce in tertio ordine acquirere valeat.

Cùm igitur noſtram humanitatem peccati originalis labe contaminaverimus, opus eſt, ut maculam iſtam *Baptiſmi* lavacro abluamus, *Chriſmate* ſublimemus, *Pœnitentiâ* deſtillemus, *Contritione* calcinemus, *Confeſſione* ſolvamus, *Satisfactione* fundamus, atque *Bonis Operibus* figamus. Hinc etiam, ut meritoria fiat, neceſſe eſt, ut perſeveret, & cum Charitate, Spe atque Fide ſocietur, quippe quæ illæ ipſæ virtutes ſunt, quæ id, quod terreſtre adhuc eſt, volatile reddunt, & grave in leve comutant, magis magisque ſimiles Operationes repetendo, tumque ad finem uſque perſeverando, ita ut perfecta planè eva-

evadat, & in naturam angelicam atque divinam convertatur.

Quam primùm itaque perfecta hæc medicina ad rubrum & album deducta, hoc est, Ratio crebris virtutum actionibus habitum consequuta fuerit, Sensusque suæ disciplinæ subjecerit, ad cimentum & specimen, quibus, an res defectu adhuc aliquo laboret, an vero ultimam acquisiverit perfectionem, cognoscitur, deveniendum est: Adeoque humanitatem nostram, propter Deum, cruciatibus, Jejuniis, abstinentia, tribulationibus, persecutionibus, idque generis aliis speciminibus, quæ bonum perficere, atque comprobare solent, exponere oportet, æque ac *Jobus* & *Tobias* egregia suæ ærumnæ specimina dederunt. Non minus quoque illam aquis exponere fortibus ac regiis convenit, ut experimentum inde capiatur, utrum peccandi occasioni, tentationibus, aliisq; id generis stimulis resistat nec nequorum omnium impetus ubi homo immoto animi vultu exceperit, neque amplius ad inpatientiam, iracundiam, carnis illecebras & voluptates, avaritiam, ambitionem similesque animi affectus sese quasi in transversum rapi permiserit, tunc equidem in optimum commutatus metallum judicari poterit. Ut vero hujus rei exacta obtineatur certitudo, acerrimorum vaporum tormentis juxta ac reverberationibus, & extinctionibus hominem porro subjicere atque exponere oportet; quale quidem specimen sancti Martyres dederunt, hocque ipso indubitatum conversio-

nis suæ, in optimam purissimamque naturam, testimonium exhibuerunt.

Quoniam vero singula hæcce specimina atque experimenta nostro quandoque imponere judicio possunt, siquidem & antiqui partim virtutis amore, partim vero, ut mundanam gloriam, & famam consequerentur, simile quid præstitêre; nec pauci quoque hodie inveniuntur Hypocritæ, qui idem prorsus faciant, ac propter Diabolum omnia hactenus enarrata examina immotâ facie sustineant, omninò necessarium est, ut ad ultimum perveniatur cimentum, quod *incineratio* appellari solet, ubi nullo modô nullâque ratione veritas obtegi, atque occultari amplius potest, quin potiùs apertissimè manifestatur: Opus itaq; hominem incinerationi, ipsi, inquam, Morti exponere, quæ eundem in cineres planè redigat adeoque, veluti cementet. Hæc etenim verum illud cementum, atque experimentum certissimum est, unde an Medicina à Deo concessa, & gratia divina benè collocata fuerit, cognosci potest; hinc porrò patebit, num justâ & convenienti ratione tanto dono usus sit, feceritque, ut ita loquar, bonam hujus projectionē supra imperfectam voluntatem; tum etiam, an hæc ipsâ, à sordibus, atque impuritate liberata, & purgata, habitumque denique ad recipiendam istam medicinam, adeoque in succum & sanguinem convertendā, nacta fuerit. Quodsi enim homo in ipso mortis articulo ita se dispositum deprehendet, omne profectò mysterium inde revelabitur;

quan-

quandoquidem, ſicubi fortè circa mundanas occupatus fuerit opiniones, terrenæ vanitatis ſpei litaverit, in vitæ præſentis honoribus, divitiis, atque voluptatibus ſummum bonum poſuerit, adeoque non niſi res caducas deperierit, in cemento mortis hæc omnia ictu oculi diſparebunt, corpusque in fæces maledictas reſolvetur, anima verò detectis jam viliſſimo, quod cum ambitione contraxerat, fædere, turpiſſimisque peccatorum maculis, inſtar corroſi, rubiginoſi, atque inutilis metalli in terræ centrum abyſſum, inquam, Tartareum projicietur; ſin vero contrario diſpoſita fuerit modo, bonamque Rationis projectionem ſupra benè præparatam voluntatem, animique ſenſa inſtituerit, & ut paucis rem complectar, ſi Divinâ gratiâ piè ac laudabiliter uti noverit, omnia in mortis cemento ad oculum quaſi patebunt; corpus enim in terram benedictam, aptamque natam, quæ cælum inhabitet; Scientia vero Virtus ac Bonitas in meritum reſolvetur, ita ut Anima, in primam ſuam reducta puritatem, inſtar argenti candida, bonisque operibus, inſtar auri puriſſimi conſolidata, apta ſit futura, quæ æternùm poſſideat, æternùm gaudeat, æternùm intelligat, poſtquam ipſo fruetur Deo, in quô omnes divitiæ, omniaque bona ſine fine exiſtunt.

Mors itaq; reale illud cementum erit, quô manifeſtum evadet, utrum homo in vitâ ſuâ Lapidem l. medicinam hanc in tertio componere ordine noverit, vel potiùs, inſtar imperiti Alchimiſtæ, in conficiendis Tincturis primi ſaltem ordinis, in ſubtilitati-

tati-

tatibus item, & prætextu vano occupatus fuerit, fabricando scil. monetam adulterinam, & gemmas effictas, similesque res alias producendo, quæ accedente Mortis cemento, veræ perfectionis notam se minimè attigisse, apertè ostendent: cujus farinæ quidem sunt omnes mundanæ opiniones, quæ circa bona, divitias, atque præsentis vitæ commoditates foventur. Hinc etiam natum est hocce proverbium: offer mihi hominem mortuum, sicubi eum à me cognosci volueris.

Sit autem ita ut (quod quidem nos credimus) talis fuerit antiquorum opinio Philosophorum, quoad Lapidem istum adeò celebrem & sub metallorum velo absconditum, siquidem certò Rationis lumine ducti ad cæli felicitatē aspirabant: nihilominus tamen, cùm Fidei lumine omninò destituti vixerint, non nisi in primô ac secundô ordine operari sciverunt. Atque hoc quidem in sensu si Lapis Philosophorum accipiatur, & explicetur, omnes suprà allegatæ autoritates facilè vindicabuntur. Quando enim nonnulli ita dicunt; Fac ex vivo mortuum, & ex mortuo vivum, & habebis Lapidem Philosophorum, illud sanè verum evadit, quotiescunque sensus à mundo divelluntur, & quasi interficiuntur, nostra vero opera mortua alligando ea Fidei, Spei, & Charitati, nec non meritis Christi, vivificantur, sicque gloria æterna acquiritur. Quando iterum alii, donum DEI hoc esse, perhibent, non aliter sanè veritatem rei defendere poterunt, nisi de nostro hoc Lapide intelli-

telligi debere concesserint; ex merâ enim gratia profluit, hisque potissimum, qui ipsi arrident, Deus largitur. Quando porrò, impiis hoc arcanum minimè revelandum esse, docent, de obstinatis id rebellibus, jamque judicatis intelligendum est, ne scil. rem seriam, quam piis potius, atque fidelibus manifestare convenit, ludos jocosque faciant. Eò pariter recidit, quando artificem sanâ mente præditum, perseverantem, patientem, divitem &c. desiderant, siquidem hæc nihil aliud innuunt, quàm bonam hîc requiri intentionem, & ut homo benè operetur atque ad finem usque perseveret, divesque insuper sit bona intentione, laudabilique proposito, quò mediante hâc medicinâ divinâ in angelicam naturam convertatur.

Atque sic singula istorum dicta exactè vindicari possunt, dummodo juxta sententiam nostram Philosophorum Lapis explicetur. Id quod cùm ab egregio illo atque singulari Artifice, dum in humanâ carne inter homines viveret; Artifice, inquam, illo, qui admirandam mundi fabricam tanto artificio producere novit, admodum perspicuè monstratum fuerit, non est profectò, ut quicquam amplius hac de re dubitemus.

Stat itaque sententia; Animam nempe nostram ad suam puritatem reductam, instar purissimi, optimique auri, esse; quinque verò Sensus Metalla existere sordida, Gratiamq; Divinâ illam ipsam Medicinam esse, quæ Animæ counita Rationali nobilissimum istum atq; præstantissimum Lapidem com-

componit. Cumque CHRISTUS eam omnium optime humanitati associet, uniatvé, inde hac veritate commotus, adductusque divus *Paulus*, Archiphilosophus ille & Architheologus Christum κατ' ἐξοχὴν Lapidem, & quidem Lapidem angularem nuncupavit, quippe qui perfecta ista medicina est, quæ omnem Creaturam Rationalem disponit, atque in suam naturam commutat. Ita ut Hic ipse verus sit philosophorum Lapis, vera basis & fundamentum, cui omne nostrum propositum, nostrasque operationes superstruere, ad quem porrò unicè aspirare, & in quô omnem nostram spem ponere debemus, eam in curam (quantum quidem in nobis situm est,) unicè incumbentes, ut hanc ipsam medicinam cum anima conformemus, nostramque voluntatem cum voluntate CHRISTI conjungere, atque unire allaboremus, ad recipiendam perfectam medicinam, cujus beneficio, omnes à nobis defectus removendo, nosque vivis atque in Gratiâ peractis operibus confirmando in naturam purissimam commutari, divitiis nunquam defecturis refici, & infinita Paradisi gloriâ beari queamus.

Decantati igitur, & tam celebris hujus Lapidis nostri, Mors, veluti anteà dictum, verum est cementum, quippe quæ in CHRISTO, Lapide seu Petrâ omnium præcipuâ & maximè principali nihil planè, quod purissimum non sit aurum, deprehendit; in nobis vero qui â monstratâ nobis ab ipso viâ plurimum deviare consuevimus

mus,diversa metalla sordida & impura,nec nisi rarissime bonum & probatum detegere aurum solet. Id quod Moralis quidam Scriptor exemplo demonstraturus, rem sequenti figmento depinxit.

Cap. X.

Ratio Experientiam ad Vitæ Humanæ mercatum deducit, ibiq; Trapezitam, Mortem scil.ipsi ostendit, quæ,unumquemq; examini subjiciens,secundùm sua merita singulos in alterum mundum transmittit.

EST itaq; *Mors* lapis ille Lydius,illa aurifabrorũ obrussa,imo verum illud cementũ,cujus beneficio verum, purumque aurum ab impuro & adulterino metallo discernitur ; quandoquidem hinc in vitæ nostræ termino cognoscitur , atque manifestum evadit , utrum actiones humanæ bonæ fuerint,an vero malæ ? & num ex obrizô constent, hoc est bonâ intentione peractæ fuerint, an vero potiùs chymicâ quadam permixtione , veluti pallio Sophistico obductæ & effictæ extiterint ? quemadmodum ex subsequenti exemplo manifestè apparebit.

Homines , rebus addicti terrenis , cum variis sanè , nec minùs ridiculis Chimæris conflictantur, sibique subinde imaginantur , se stabilem in præsentis vitæ cursu felicitatem , & tranquillam hoc in fugaci mundo possessionem reperturos esse,sibimetipsis persuadentes , veram ac supremam felicitatem in maximâ auri possessione, aliorumque Fortunæ bonorum abundantiâ, nec non isthæc acqui-

rendi scientiâ unicè consistere; quamvis etiam sint, qui in voluptate eam, sensuúmque illecebris positam esse velint; intereà verò nihil æque ipsis curæ, cordique est, quàm ut majores subinde mundanæ felicitatis progressus in hac vita faciant, non aliter ac si hunc duntaxat ob finem in mundum venissent, ut ibidem plurima annorum secula transigerent; imo ita vivendi rationem instituunt, ac si terrena domicilia æternùm inhabitare deberent. Heîc isti, spe vanissimâ lactati, votorum suorum terminalia ponunt, nec nisi hoc unicum, tanquam objectum maximè proprium, ac conveniens, opinione licet falsissimâ decepti, maximâ tamen sollicitudine anquirunt.

Super hoc argumento *Ratio*, femina admodum prudens, sapiensque prolixum instituit discursum, contrariamque semper sententiam defendit, & falsam istam hominum opinionem apertissimè detestata, inter alia commemorabat, unicuique sanè incumbere hanc debere curam, ut propriam deceptionem & quasi domesticam fraudem maturè animadvertat, consideretque, fore, ut elapso brevi temporis spatio, circa mortis articulum, omnia omninò mundana prætereant, & evanescant, sicque tandem quilibet, vanâ prius expectatione mirè delusus, medias inter spes, ab illis prorsus deseratur.

Cùm vero utilissima hæc admonitio omni sperato aliâs fructu destitueretur, & tàm stultam opinionem Menti humanæ eximere amplius haut

vale-

valeret, animô tandem Ratio constituit, aliâ rem aggredi viâ, & amicæ suæ, *Experientiæ* (feminæ hominibus admodum charæ, cui, quòd artes ab istâ plerasque addiscant, indubitatò credere solent) manifestè ostendere, hanc ipsam quidem sententiam, quâ, in præsenti vitâ mundoque caducô felicitatem nos solidam firmamque consequi posse, tantùm non persuasissimum habetur, omninò falsam esse, adeoq; homines, ad longè alium finẽ, quàm aurum, divitias, sensuumque illecebras & voluptates, adspirare debere. Quare die quodam, blandè eam manu arripiens, ita affari cœpit; Scis, ô suavissima Amica, quàm ego sæpè hactenus homines commonefecerim, ipsisque demonstraverim, illam ipsam, quam sibi effingerent, & imaginarentur felicitatem, & cujus omne in auro, divitiis, ambitione, atque voluptatibus fundamentum collocarent, nil nisi vanissimam vanitatem esse, quæ celerrimo transire pede consueverit. Nosti pariter, quoties illos anxia admonuerim, cogitarent saltem miseri, longè alium ob finem sese hunc in mundum venisse, quàm ut omnem suam in hoc ipso orbe instabili fiduciam ponerent. Nec minùs tibi manifestum est, quam sæpè ego singulos fuerim exhortata, finem quisque suum studiosè meditaretur, quippe quô jam tùm imminente proprios facilè animadversuri errores, frustrà tamen hisce corrigendis remedium quæsituri essent. Quoniam vero, ita ferente naturâ suâ, nomen usurpare meum, & *Rationales* audire admodum gestiunt,

quamvis alioquin meas non adeò magni facer
curare rationes soleant, præsertim ubi aurum,
gentum, utilitasque propria, voluptates itidem
honores interveniunt; cumque prætereà non ig
rem, tibi eos credere facilè solere, ecce! ad ocu
tibi demonstrabo, quæcunque à me dicta illis a
inculcata sunt, longè verissima esse, tumq; eti
quicquid ipsis annunciavi, indubitatò eventur
ita ut dictis fidem aliquam habere meis jure n
ritoque debuissent. Et quoniam suspecta ipsis fu
propterea quòd Sensus, parasitos atque adula
res istos, multo prosequor odiô, Tu proinde,
prius, quicquid tibi recensui, ita se habere, vel
ea quæ oculis cernuntur, pervideris, in comn
dum eos admonere suum poteris, falsâ istâ opin
ne penitùs relictâ ad meliorem sententiam ampl
ctendam revertantur, tuque sic eum apud hum
num genus quæstum facias, quem ego, suscepto h
ctenus in vanum labore, etiam nunc deside:a
cogor.

Nimis quàm verum est, ô Charissima, diceb
Experientia, homines plus nictibus meis, qu
longis tuis, iisque acutissimis dissertationibus c
dere: etenim me multò melius ipsô opere cogn
scendum præbeo, & apertâ magis viâ incedo, cur
que me pauperem videant esse mulierem; nen
est, qui officio meo invidere velit, tantum abest, u
præripere illud mihi conetur. Tibi vero inimici il
tui, Sensus inquam, continuas struunt insidias
vellent enim quàm maximè, ut quantus quant

eſt, à Senſibus abriperetur homo, omniſque planè Rationis expers eſſet. Hinc iſtum tuum honorem ita ægrè ferunt, ut invidiâ torſi cùm alia te offendere ratione nequeant, non raro amictu ſe tuo veſtiant,tuamque aſſumentes perſonam, eò adducant homines, ut Senſibus ſe prorſus immergi patiantur, immemores planè, ſeſe à teipsâ *Rationales* dici, idquod tamen parùm cogitant, dummodo foro atque conſuetudini ſtrenuè inſervientes multitudinis ſuffragia mereantur,tumque *Jucundum & Utile*, amici iſti tui dilectiſſimi, ab illis minimè ſecedant.Ego itaque, cui plus, quàm tibi, cum illis negotii eſt, ſæpenumerò hanc ipſis larvam detraxi, ipsôque opere,quæ tibi recenſui,experta ſum. Neque diu eſt,quòd & *Juſtitiam* & *Veritatem*, ſuaviſſima tua Corcula,eas planè movere querelas deprehenderim, dum harum altera: ſe nunc, quæ anteà Humanæ Mentis hoſpitio, loco dignitati ſuæ maximè conveniente, excipi conſueviſſet, inde iterum, idque parùm modeſtè, ejectam aſſerebat, nec niſi cælatam vel depictam, (quaſi ſpectari potius quàm exerceri geſtiret) palatiorum, murorumque veſtibula, & frontiſpicia incolere coactam eſſe,adeò ut ventorum atque pluviarum tempeſtati expoſita multam quotidiè injuriam perpeti, cælumque repetere cogeretur, quandoquidem non obſcurè videret, paucos admodum ex humano genere reſtare, qui ad commodius ſibi hoſpitium adſignandum animum inducerent. Et quamvis inde egreſſa ad pauperem diverterit *Modeſtiam*, viſura, num

fortè homines ab eâ ad misericordiam inflexi, exulem recepturi essent, nihilominus tamen animadvertentem, ne unum quidem erga se misericordiâ duci, pauperemque insuper *Modestiam*, ob proprium damnum bona sua decoxisse, jam amplius, unde sese sustentaret, nescientem, ad cœlum remigrare in procinctu esse. Altera quoque de illatâ non minori injuriâ conquerebatur: velle scilicet unumquemque in hoc mundo veridicum haberi, immo veritatem pleno ore profiteri, paucos tamen, immo ne unicum quidem reperiri, qui qualis æstimari desiderat, talem se reipsâ præstet, sed omnes videri, quàm esse, malle; hinc veritatem verbis quidem plurimùm laudari, ad opus vero ubi perventum est, *Fraudem* & *Mendacium* utramque ubivis paginam implere, ajebat, ita ut aliò diffugere cogeretur, idque eò magis, quod non rarò verum alicui monstratura, propriosque ostensura defectus tantum apud vivos erga se odium excitârit, tantamq; incurrerit offensam, ut non nisi maximâ cum indignatione, & molestiâ ab illis in conspectum admissa fuerit. Hinc etiam ob tàm infensam inimicitiam, cùm, nullibi locorum secura, ab omnibus potius mirum in modum divexaretur, tandem in ipsum Mortis gremium veluti ad sacram anchoram confugere, ultimumque ibidem auxilium quærere, animo constituisse, nunquam amplius hominum se oculis spectandam exhibituram, nisi Mortis stipata fuerit societate, ubi ne minimus quidem persecutionis metus ab ullo viventium sibi in posterum

incuti possit. Ex quibus satis intelligo, caussam tibi, ô Amica, justissimam esse, de istiusmodi farinæ hominibus plurimùm conquerendi; sed fac videam, quæ dixisti, non cessabo sane, eandem tibi apud istos conciliare fidem, quam in rebus ego meis semper habere consuevi. Eamus igitur, respondit *Ratio*, ut, quæcunque tibi dixeram, oculis usurpes, ipsoque adeò opere experiaris.

Finito hoc sermone in latissimum progrediebantur campum, in cujus medio amplum & ingens extructum cernebatur Palatium, cujus Dominus erat *Tempus*, vir ætate quidem admodùm provectus, sed satis adhuc agilis & velox. Huc loci cùm perventum esset, mox *Ratio Experientiam* manu prehendens introduxit, hincque per scalas adscendentes, in quodam ambulacro, quod singula, quæ circumquaque intùs agebantur, detegebat, ad spectandum consederant. Erat autem in isto Palatio ocus quidam amplissimus, ab omnis generis frequentatus hominibus, qui quâvis ex mundi parte ad Nundinas, quæ tùm temporis in festo *Vitæ Humanæ* celebrabantur, confluxerant. In frequentissimis hisce nundinis unusquisq; secundùm animi sui propensionem, opinionemque propriam negotiabatur; hic ad divitias, aurumque & argentum coacervandum cogitationes suas, tanquam finem ltimum, dirigebat, ille vero voluptates impensè ectabatur; alius porrò sensuum illecebris, alius ero ambitiosis honoribus, vanæque dignitati se ancipabat; hic ad talem scopum, ad alium iste

collimabat, ita quidem, ut ſinguli breve iſtud te-
poris ſpatium, quod ibidem commorari conceſſ
fuerat, lucro quaſi apponere, & ex animi ſui col
care ſententiâ maximoperè ſtuderent. Certâ igi
& peculiari ibidem lege cautum fuerat, ne qu
diutiùs, quam Ipſi placeret *Vitæ*, hoc in merca
negotiaretur; Illa vero cùm ſubinde novos habe
mercatores geſtiret, ſtatim ac primi aliquam i
moram nexuerant, exire eos jubebat, ut etiam al
locum darent, qui ſingulis ferè horis ingenti n
mero comparebant. Hinc itaque diſcedere jam
dum juſſi cùm plurimùm fuiſſent nundinati, hicq
ingentes divitias, ille ſingularem dignitatem ho
noresque ſummos, iſte jucundas voluptates acq
ſiviſſent, jamque in patriam ſingulis redeundu
eſſet, haut valentes per tâm longam viam adh
emetiendam, merces ſecum conquiſitas deporta
publicò iſtius loci Trapezitæ tradebantur, qui cu
multis unà miniſtris ſuis, qui ibidem præſtò eran
partitiones circumibat, rationes ſubducebat, ſu
ſcribebat, & tandem unicuique litteras argentari
ſeu Collybi, patriæ cujuſque accommodatas tr
debat.

Celebris hic Trapezita *Mors* erat, quæ u
cum *Violentiâ, Infortunio, Infirmitate, Morbo, Fat*
multiſque aliis ſuis miniſtris mercatorum dictoru
neceſſitati proſpiciebat. Illa vero pro eâ, quâ era
mirâ ſagacitate, ingeniique acumine ſingulari, nc
ſtatim primo omnibus acceſſu credebat, ſed pr
facto experimento, monetam libella expendeb

acc

accepti & expensi rationes supputabat, sicque confectâ calculi ratione, reque omni prorsus cognitâ, abiturientibus collybum, depositis apud se durante mercatu rebus conformem exhibebat. Plurimùm autem huic in omnibus, quæ hîc peragebantur, credebatur, propterea quòd nulli unquam fucum fecerit, aut verba dederit. Hinc etiam infinita fermè Negotiatorum ex nundinis discedere coactorum turba ad tabernam argentariam sese conferebat, ut supra memoratas tesseras numerarias reciperet, sicque expedito negotio discederet, illa & primis & secundis, & sic deinceps reliquis satisfaciens, juxtà meritum cujusque & fidem collybi litteras porrigebat. Antea vero ab *Arbitrio*, *Usu*, *Infirmitate*, cæterisque ministris, meritorum summa fiebat, rationes colligebantur, moxve, pro re natâ, & meritorum pondere Litteræ adornabantur, Mortisque sigillo obsignabantur, sicque unusquisque in patriam dimittebatur.

Singula hæc fixis oculis, animôque mirè attento intuebatur *Experientia*, quæ ad latus *Rationis*, omnem ipsi anteà dicti ambulacri conditionem exponentis consistens, quicquid ibi rerum agebatur, quoad minima etiam aperiebat. Interea verò cùm in hac novitate contemplandâ utriusque cura, atq; cogitatio omnis hæreret, ecce, illustris quidam Satrapa coràm mensario comparebat, qui à *Casu* amandatus expeditam manu tenebat rationem, & ad plures ire coactus collybi litteras, pro alterâ necessarias, instanter efflagitabat. De quô

denuò accuratè inquirens Trapezita, deprehendit, ingentem quidem thesaurum ab isto homine in mercatu *Vitæ* depositum, suisque assignatum hæredibus esse; honores itidem in suos familiares magnâ copiâ distributos, comitatus, principatusque & latè patentem jurisdictionem parentibus suis relictam, unà cum magnâ auri & argenti vi, gemmis, palatiis, equis, hortis, aliisque infiniti pretii rebus quas omnes hisce in nundinis reliquit, unicâ quidem secum ablatâ, præter panniculum valdè detritum, seu cucullum, ut huic involutus expeditior emigraret; reliqua verò omnia, ceu dictum, hoc in mundo deposita post se reliquerat. Cùm verò res aliquantisper protraheretur, instaretque Dominus iste, & nulla hîc opus esse diffidentiâ, quandoquidem publicâ polleret autoritate, omnibusque satis cognitus esset; ac proinde tàm sollicitam in suas facultates inquisitionem dignitati suæ atque autoritati plurimum quidem derogare diceret; Equidem viri boni vultum præ te fers, (subjungebat statìm Trapezita) nisi v. experimentum de te cepero, (quandoquidem accuratam eorum, quæ hoc in mercatu deposuisti, investigationem renuis,) ægrè admodum te cognoscere potero. Fac itaque, (respondebat alter) pro lubitu tuô; dummodò maturè dimittar. Ingredere hoc feretrum, (ajebat Mensarius) ut sumto de te experimento, secundum facultates & merita tua collybum adornare queam; Quare feretro impositum in alterum mundum dimissurus, inter eundum

minem exploravit & ecce subitò illius corpus in terram commutatum fuerat: partem verò residuam cùm lapide Lydio subjiceret, operum ab illo peractorum vestigia inibi impressa manserant, sicque apparuerat, Metallum omnium vilissimum nulliusque plane pretii esse, quandoquidem nec Aurum, nec Argentum, nec Cuprum, neque Ferrum denique aperiretur, sed solummodò chymica quædam mixtura, quæ nulli prorsus inservire usui amplius apta nata erat, nisi ad conservandam aliquandiu imaginem quandam, & superficialem delineationem. Iccirco datis ad Charontem, Institorem suum, litteris unà illum monebat, tantum huic Domino, ob tot apud se hisce in nundinis deposita, suo nomine redderet, quantum quidem imago hæc in mixturâ repræsentata mereri videretur, vel, quod eò recidit, concederet, ut aliquandiu ambitiosus potens atque dives appellitetur dominus ille, cæteroquin inutilis, & nullius planè ponderis.

Paullò pòst alius quidam aspectu satis venerabilis accedebat, & simili petitione Mensarium sollicitans, suis in rationibus varios gradus & dignitates relictas, multas item possessiones, & domos, magnamque numorum in scriniis partim asservatorum, partìm vero fænori datorum copiam, tùm etiam annuos proventus diversis granariis reconditos, atque annonæ caritatem expectantes comprehendebat, cujus Trapezita faciem inspiciens simulabat, se magni admodum autoritatem

istam facere, adeoque sine ulla cunctatione feretro ipsum imponens, probansque in alium mittebat mundum: at facto experimentô manifestum evasit, res in mundo ab illo relictas, quamvis plurimi fierent, ad tantum tamen pretium, quô æstimabantur, minimè adscendere. Quare etiam opera, quæ his associata fuerant, non nisi sordidam, atque ex condensato fumo oriundam mineram ostendebant; quæ in catinum posita in terram atram resolvebatur, reliquæ vero partes in obscurissimum, & maximè fætentem vaporem abibant. Et propterea *Charonti* injunxerat, sumtuosum inde ex marmore sepulchrum fieri curaret, propè infumibulum, seu foci gulam, supra ignem infernalem reponendum; fumum namque cum fumo optimè convenire.

Hæc dum aguntur, quidam Religionis Professor, sine ullâ eum morâ & confestim absolverent, maximo clamore urgebat, suisque in rationibus, varia privilegia, exceptiones utilissimasque exhortationes in aliorum gratiam prolatas, ostentabat. Huic Mors satisfactura, feretro hominem imposuit, leviterque admoto lapide Lydio, bonitatis quidem notam præ se ferre aliquam deprehendit, at cùm paullo post rem seriò examinaret, illico manifestum evasit, eum ipsum, qui primo aspectu satis bonus videbatur, non nisi ejuscemodi fucum seu tincturam esse, quæ ad Mortis cementum protinus evanesceret, & quoad internam constitutionem, nil nisi vile admodum plumbum in medio

reli

relinqueret. Proinde epistolam ad *Charontem* exaravit, ut in remunerationem peractæ in nundinis negotiationis, quando jam animi gratiâ hominem ad flumen Lethæum deducturus esset, eum in profundissimam ibi voraginem præcipitem daret, ne ulla amplius de eô memoria superesset; opera etenim, quæ fecit, non nisi apparenter & quoad externam speciem bona fuerant, animi autem intentio pessima, & simulatæ probitatis fuco omnimodè involuta: ac proinde etiam talem homini fucato collybum tradi Mors voluit, quippe qui præmia sua dictis in nundinis accepisset, omnemque adeo quæstum hoc in mundô jam dum abundantissimè fecisset.

Accedebat posteà dux quidam militaris, nil nisi furorem & minas spirans, qui præ aliis multis sine omni morâ absolvi maximo fastu cupiebat. Trapezita, ad evitandum omne litis certamen, sine ullo illum dimisit responso, atque transmeantem exploravit, quô factô ad ferrum subfuscum seu nigricans eundem quàm proximè accedere deprehendit. Quare scriptâ ad *Charontem* epistolâ in mandatis dedit, permitteret illum tandiu durare, quàm diu ista se nigredo à rubigine vindicare valeret; intereà tamen Thrasonem hunc cum superbis Gigantibus in montium fastigiis collocaret, sic enim tantò facilius propositum facinus executurum, ac vesanæ omnia diripiendi, depopulandique libidini ex asse satisfacturum.

Tempore non longo interjectô venerunt alii, vesti-

vendi scientiâ unicè consistere; quamvis etiam sint, qui in voluptate eam, sensuumque illecebris positam esse velint; intereà verò nihil æque ipsis curæ, cordique est, quàm ut majores subinde mundanæ felicitatis progressus in hac vita faciant, non aliter ac si hunc duntaxat ob finem in mundum venissent, ut ibidem plurima annorum secula transigerent; imo ita vivendi rationem instituunt, ac si terrena domicilia æternùm inhabitare deberent. Heîc isti, spe vanissimâ lactati, votorum suorum terminalia ponunt, nec nisi hoc unicum, tanquam objectum maximè proprium, ac conveniens, opinione licet falsissimâ decepti, maximâ tamen sollicitudine anquirunt.

Super hoc argumento *Ratio*, femina admodum prudens, sapiensque prolixum instituit discursum, contrariamque semper sententiam defendit, & falsam istam hominum opinionem apertissimè detestata, inter alia commemorabat, unicuique sanè incumbere hanc debere curam, ut propriam deceptionem & quasi domesticam fraudem maturè animadvertat, consideretque, fore, ut elapso brevi temporis spatio, circa mortis articulum, omnia omninò mundana prætereant, & evanescant, sicque tandem quilibet, vanâ prius expectatione mirè delusus, medias inter spes, ab illis prorsus deseratur.

Cùm vero utilissima hæc admonitio omni sperato aliâs fructu destitueretur, & tàm stultam opinionem Menti humanæ eximere amplius haut vale-

valeret, animô tandem Ratio constituit, aliâ rem aggredi viâ, & amicæ suæ, *Experientia* (feminæ hominibus admodum charæ, cui, quòd artes ab istâ plerasque addiscant, indubitatò credere solent) manifestè ostendere, hanc ipsam quidem sententiam, quâ, in præsenti vitâ mundoque caducô felicitatem nos solidam firmamque consequi posse, tantùm non persuasissimum habetur, omninò falsam esse, adeoq; homines, ad longè alium finē, quàm aurum, divitias, sensuúmque illecebras & voluptates, adspirare debere. Quare die quodam, blandè eam manu arripiens, ita affari cœpit; Scis, ô suavissima Amica, quàm ego sæpè hactenus homines commonefecerim, ipsisque demonstraverim, illam ipsam, quam sibi effingerent, & imaginarentur felicitatem, & cujus omne in auro, divitiis, ambitione, atque voluptatibus fundamentum collocarent, nil nisi vanissimam vanitatem esse, quæ celerrimo transire pede consueverit. Nosti pariter, quoties illos anxia admonuerim, cogitarent saltem miseri, longè alium ob finem sese hunc in mundum venisse, quàm ut omnem suam in hoc ipso orbe instabili fiduciam ponerent. Nec minùs tibi manifestum est, quam sæpè ego singulos fuerim exhortata, finem quisque suum studiosè meditaretur, quippe quô jam tùm imminente proprios facilè animadversuri errores, frustrà tamen hisce corrigendis remedium quæsituri essent. Quoniam vero, ita ferente naturâ suâ, nomen usurpare meum, & *Rationales* audire admodum gestiunt,

quamvis alioquin meas non adeò magni facere curare rationes soleant, præsertim ubi aurum, argentum, utilitasque propria, voluptates itidem, honores interveniunt; cumque præterea non ignorem, tibi eos credere facilè solere, ecce! ad oculos tibi demonstrabo, quæcunque à me dicta illis ac inculcata sunt, longè verissima esse, tumq; etiam quicquid ipsis annunciavi, indubitatò eventurum, ita ut dictis fidem aliquam habere meis jure meritoque debuissent. Et quoniam suspecta ipsis sum, propterea quòd Sensus, parasitos atque adulatores istos, multo prosequor odiô, Tu proinde, ubi prius, quicquid tibi recensui, ita se habere, velut ea quæ oculis cernuntur, pervideris, in commodum eos admonere suum poteris, falsâ istâ opinione penitùs relictâ ad meliorem sententiam amplectendam revertantur, tuque sic eum apud humanum genus quæstum facias, quem ego, suscepto hactenus in vanum labore, etiam nunc desiderare cogor.

Nimis quàm verum est, ô Charissima, dicebat *Experientia*, homines plus nictibus meis, quàm longis tuis, iisque acutissimis dissertationibus credere: etenim me multò melius ipsô opere cognoscendum præbeo, & apertâ magis viâ incedo, cumque me pauperem videant esse mulierem; nemo est, qui officio meo invidere velit, tantum abest, ut præripere illud mihi conetur. Tibi vero inimici isti tui, Sensus inquam, continuas struunt insidias: vellent enim quàm maximè, ut quantus quantus

eſt, à Senſibus abriperetur homo, omniſque planè Rationis expers eſſet. Hinc iſtum tuum honorem ita ægrè ferunt, ut invidiâ torſi cùm alia te offendere ratione nequeant, non rarò amictu ſe tuo veſtiant, tuamque aſſumentes perſonam, eò adducant homines, ut Senſibus ſe prorſus immergi patiantur, immemores planè, ſeſe à teipsâ *Rationales* dici, idquod tamen parùm cogitant, dummodo foro atque conſuetudini ſtrenuè inſervientes multitudinis ſuffragia mereantur, tumque *Jucundum & Utile*, amici iſti tui dilectiſſimi, ab illis minimè ſecedant. Ego itaque, cui plus, quàm tibi, cum illis negotii eſt, ſæpenumerò hanc ipſis larvam detraxi, ipſôque opere, quæ tibi recenſui, experta ſum. Neque diu eſt, quòd & *Juſtitiam* & *Veritatem*, ſuaviſſima tua Corcula, eas planè movere querelas deprehenderim, dum harum altera: ſe nunc, quæ anteà Humanæ Mentis hoſpitio, loco dignitati ſuæ maximè conveniente, excipi conſueviſſet, inde iterum, idque parùm modeſtè, ejectam aſſerebat, nec niſi cælatam vel depictam, (quaſi ſpectari potius quàm exerceri geſtiret) palatiorum, murorumque veſtibula, & frontiſpicia incolere coactam eſſe, adeò ut ventorum atque pluviarum tempeſtati expoſita multam quotidiè injuriam perpeti, cælumque repetere cogeretur, quandoquidem non obſcurè videret, paucos admodum ex humano genere reſtare, qui ad commodius ſibi hoſpitium adſignandum animum inducerent. Et quamvis inde egreſſa ad pauperem diverterit *Modeſtiam*, viſura, num for-

fortè homines ab eâ ad misericordiam inflexi, exulem recepturi essent, nihilominus tamen animadvertentem, ne unum quidem erga se misericordiâ duci, pauperemque insuper *Modestiam*, ob proprium damnum bona sua decoxisse, jam amplius, unde sese sustentaret, nescientem, ad cœlum remigrare in procinctu esse. Altera quoque de illatâ non minori injuriâ conquerebatur: velle scilicet unumquemque in hoc mundo veridicum haberi, immo veritatem pleno ore profiteri, paucos tamen, immo ne unicum quidem reperiri, qui qualis æstimari desiderat, talem se reipsâ præstet, sed omnes videri, quàm esse, malle; hinc veritatem verbis quidem plurimùm laudari, ad opus vero ubi perventum est, *Fraudem* & *Mendacium* utramque ubivis paginam implere, ajebat, ita ut aliò diffugere cogeretur, idque eò magis, quod non rarò verum alicui monstratura, propriosque ostensura defectus tantum apud vivos erga se odium excitârit, tantamq; incurrerit offensam, ut non nisi maximâ cum indignatione, & molestiâ ab illis in conspectum admissa fuerit. Hinc etiam ob tàm infensam inimicitiam, cùm, nullibi locorum secura, ab omnibus potius mirum in modum divexaretur, tandem in ipsum Mortis gremium veluti ad sacram anchoram confugere, ultimumque ibidem auxilium quærere, animo constituisse, nunquam amplius hominum se oculis spectandam exhibituram, nisi Mortis stipata fuerit societate, ubi ne minimus quidem persecutionis metus ab ullo viventium sibi in posterum

incuti possit. Ex quibus satis intelligo, caussam tibi, ô Amica, justissimam esse, de istiusmodi farinæ hominibus plurimùm conquerendi; sed fac videam, quæ dixisti, non cessabo sane, eandem tibi apud istos conciliare fidem, quam in rebus ego meis semper habere consuevi. Eamus igitur, respondit *Ratio*, ut, quæcunque tibi dixeram, oculis usurpes, ipsoque adeò opere experiaris.

Finito hoc sermone in latissimum progrediebantur campum, in cujus medio amplum & ingens extructum cernebatur Palatium, cujus Dominus erat *Tempus*, vir ætate quidem admodùm provectus, sed satis adhuc agilis & velox. Huc loci cùm perventum esset, mox *Ratio Experientiam* manu prehendens introduxit, hincque per scalas adscendentes, in quodam ambulacro, quod singula, quæ circumquaque intùs agebantur, detegebat, ad spectandum consederant. Erat autem in isto Palatio locus quidam amplissimus, ab omnis generis frequentatus hominibus, qui quâvis ex mundi parte ad Nundinas, quæ tùm temporis in festo *Vitæ Humanæ* celebrabantur, confluxerant. In frequentissimis hisce nundinis unusquisq; secundùm animi sui propensionem, opinionemque propriam negotiabatur; hic ad divitias, aurumque & argentum coacervandum cogitationes suas, tanquam finem ultimum, dirigebat, ille vero voluptates impensè sectabatur; alius porrò sensuum illecebris, alius vero ambitiosis honoribus, vanæque dignitati se mancipabat; hic ad talem scopum, ad alium iste

collimabat, ita quidem, ut singuli breve istud te… poris spatium, quod ibidem commorari concess… fuerat, lucro quasi apponere, & ex animi sui col… care sententiâ maximoperè studerent. Certâ igi… & peculiari ibidem lege cautum fuerat, ne qu… diutiùs, quam Ipsi placeret *Vita*, hoc in merca… negotiaretur; Illa vero cùm subinde novos habe… mercatores gestiret, statim ac primi aliquam i… moram nexuerant, exire eos jubebat, ut etiam al… locum darent, qui singulis ferè horis ingenti n… mero comparebant. Hinc itaque discedere ja… dum jussi cùm plurimùm fuissent nundinati, hic q… ingentes divitias, ille singularem dignitatem h… noresque summos, iste jucundas voluptates acq… sivissent, jamque in patriam singulis redeundu… esset, haut valentes per tâm longam viam adh… emetiendam, merces secum conquisitas deportai… publico istius loci Trapezitæ tradebantur, qui cu… multis unà ministris suis, qui ibidem præstò era… partitiones circumibat, rationes subducebat, su… scribebat, & tandem unicuique litteras argentari… seu Collybi, patriæ cujusque accommodatas tr… debat.

Celebris hic Trapezita *Mors* erat, quæ u… cum *Violentiâ, Infortunio, Infirmitate, Morbo, Fat…* multisque aliis suis ministris mercatorum dictoru… necessitati prospiciebat. Illa vero pro eâ, quâ era… mirâ sagacitate, ingeniique acumine singulari, n… statim primo omnibus accessu credebat, sed pri… facto experimento, monetam libella expendeba…

acc-

accepti & expensi rationes supputabat, sicque confectâ calculi ratione, reque omni prorsus cognitâ, abiturientibus collybum, depositis apud se durante mercatu rebus conformem exhibebat. Plurimùm autem huic in omnibus, quæ hîc peragebantur, credebatur, propterea quòd nulli unquam fucum fecerit, aut verba dederit. Hinc etiam infinita fermè Negotiatorum ex nundinis discedere coactorum turba ad tabernam argentariam sese conferebat, ut supra memoratas tesseras numerarias reciperet, sicque expedito negotio discederet, illa & primis & secundis, & sic deinceps reliquis satisfaciens, juxtà meritum cujusque & fidem collybi litteras porrigebat. Antea vero ab *Arbitrio*, *Usu*, *Infirmitate*, cæterisque ministris, meritorum summa fiebat, rationes colligebantur, moxve, pro re natâ, & meritorum pondere Litteræ adornabantur, Mortisque sigillo obsignabantur, sicque unusquisque in patriam dimittebatur.

Singula hæc fixis oculis, animôque mirè attento intuebatur *Experientia*, quæ ad latus *Rationis*, omnem ipsi anteà dicti ambulacri conditionem exponentis consistens, quicquid ibi rerum agebatur, quoad minima etiam aperiebat. Intereà verò cùm in hac novitate contemplandâ utriusque cura, atq; cogitatio omnis hæreret, ecce, illustris quidam Satrapa coràm mensario comparebat, qui à *Casu* amandatus expeditam manu tenebat rationem, & ad plures ire coactus collybi litteras, pro alterâ necessarias, instanter efflagitabat. De quô

denuò accuratè inquirens Trapezita, deprehendit, ingentem quidem thesaurum ab isto homine in mercatu *Vitæ* depositum, suisque assignatis hæredibus esse; honores itidem in suos familiares magnâ copiâ distributos, comitatus, principatusque & latè patentem jurisdictionem parentibus suis relictam, unà cum magnâ auri & argenti vi, gemmis, palatiis, equis, hortis, aliisque infiniti pretii rebus quas omnes hisce in nundinis reliquit, unicâ quidem secum ablatâ, præter panniculum valdè detritum, seu cucullum, ut huic involutus expeditior emigraret; reliqua verò omnia, ceu dictum, hoc in mundo deposita post se reliquerat. Cùm verò res aliquantisper protraheretur, instaretque Dominus iste, &: nulla hîc opus esse diffidentiâ, quandoquidem publicâ polleret autoritate, omnibusque satis cognitus esset; ac proinde tàm sollicitam in suas facultates inquisitionem dignitati suæ atque autoritati plurimum quidem derogare diceret; Equidem viri boni vultum præ te fers, (subjungebat statìm Trapezita) nisi v. experimentum de te cepero, (quandoquidem accuratam eorum, quæ hoc in mercatu deposuisti, investigationem renuis,) ægrè admodum te cognoscere potero. Fac itaque, (respondebat alter) pro lubitu tuô, dummodò maturè dimittar. Ingredere hoc feretrum, (ajebat Mensarius) ut sumto de te experimento, secundum facultates & merita tua collybum adornare queam; Quare feretro impositum in alterum mundum dimissurus, inter eundum

minem exploravit & ecce subitò illius corpus in terram commutatum fuerat: partem verò residuam cùm lapide Lydio subjiceret, operum ab illo peractorum vestigia inibi impressa manserant, sicque apparuerat, Metallum omnium vilissimum nulliusque plane pretii esse, quandoquidem nec Aurum, nec Argentum, nec Cuprum, neque Ferrum denique aperiretur, sed solummodò chymica quædam mixtura, quæ nulli prorsus inservire usui amplius apta nata erat, nisi ad conservandam aliquandiu imaginem quandam, & superficialem delineationem. Iccirco datis ad Charontem, Institorem suum, litteris unà illum monebat, tantum huic Domino, ob tot apud se hisce in nundinis deposita, suo nomine redderet, quantum quidem imago hæc in mixturâ repræsentata mereri videretur, vel, quod eò recidit, concederet, ut aliquandiu ambitiosus potens atque dives appellitetur dominus ille, cæteroquin inutilis, & nullius planè ponderis.

Paullò pòst alius quidam aspectu satis venerabilis accedebat, & simili petitione Mensarium sollicitans, suis in rationibus varios gradus & dignitates relictas, multas item possessiones, & domos, magnamque numorum in scriniis partim asservatorum, partìm vero fœnori datorum copiam, cùm etiam annuos proventus diversis granariis reconditos, atque annonæ caritatem expectantes comprehendebat, cujus Trapezita faciem inspiciens simulabat, se magni admodum autoritatem

istam facere, adeoque sine ulla cunctatione feretro ipsum imponens, probansque in alium mittebat mundum: at facto experimentô manifestum evasit, res in mundo ab illo relictas, quamvis plurimi fierent, ad tantum tamen pretium, quô æstimabantur, minimè adscendere. Quare etiam opera, quæ his associata fuerant, non nisi sordidam, atque ex condensato fumo oriundam mineram ostendebant; quæ in catinum posita in terram atram resolvebatur, reliquæ vero partes in obscurissimum, & maximè fætentem vaporem abibant. Et propterea *Charonti* injunxerat, sumtuosum inde ex marmore sepulchrum fieri curaret, propè infumibulum, seu foci gulam, supra ignem infernalem reponendum; fumum namque cum fumo optimè convenire.

Hæc dum aguntur, quidam Religionis Professor, sine ullâ eum morâ & confestim absolverent, maximo clamore urgebat, suisque in rationibus, varia privilegia, exceptiones utilissimasque exhortationes in aliorum gratiam prolatas, ostentabat. Huic Mors satisfactura, feretro hominem imposuit, leviterque admoto lapide Lydio, bonitatis quidem notam præ se ferre aliquam deprehendit, at cùm paullo post rem seriò examinaret, illico manifestum evasit, eum ipsum, qui primo aspectu satis bonus videbatur, non nisi ejuscemodi fucum seu tincturam esse, quæ ad Mortis cementum protinus evanesceret, & quoad internam constitutionem, nil nisi vile admodum plumbum in medio

reli

relinqueret. Proinde epistolam ad *Charontem* exaravit, ut in remunerationem peractæ in nundinis negotiationis, quando jam animi gratiâ hominem ad flumen Lethæum deducturus esset, eum in profundissimam ibi voraginem præcipitem daret, ne ulla amplius de eô memoria superesset; opera etenim, quæ fecit, non nisi apparenter & quoad externam speciem bona fuerant, animi autem intentio pessima, & simulatæ probitatis fuco omnimodè involuta: ac proinde etiam talem homini fucato collybum tradi Mors voluit, quippe qui præmia sua dictis in nundinis accepisset, omnemque adeo quæstum hoc in mundô jam dum abundantissimè fecisset.

Accedebat posteà dux quidam militaris, nil nisi furorem & minas spirans, qui præ aliis multis sine omni morâ absolvi maximo fastu cupiebat. Trapezita, ad evitandum omne litis certamen, sine ullo illum dimisit responso, atque transmeantem exploravit, quô factô ad ferrum subfuscum seu nigricans eundem quàm proximè accedere deprehendit. Quare scriptâ ad *Charontem* epistolâ in mandatis dedit, permitteret illum tandiu durare, quàm diu ista se nigredo à rubigine vindicare valeret; intereà tamen Thrasonem hunc cum superbis Gigantibus in montium fastigiis collocaret., sic enim tantò facilius propositum facinus executurum, ac vesanæ omnia diripiendi, depopulandique libidini ex asse satisfacturum.

Tempore non longo interjectô venerunt alii, vesti-

vestibus valdè pretiosis induti, qui pro eâ, quâ pollebant autoritate, confestìm expediri se debere arroganter præsumebant; Hos *Mensarius* blandô aspiciens vultu, ita alloquebatur: Plurimæ illæ condemnationes juxta ac absolutiones, quas pro lubitu atque arbitrio vestro direxistis & effectas dedistis, jure meritò vos aliis anteponunt; quare etiã desiderio vestro haut gravatè annuo, agedum! in feretrum concedite & sine ulla vos morâ amandabo. Isti vero, ne sarcinæ ullius molestiâ in itinere impedirentur, purpuram, & maximi pretii pallia exuêrunt, atque in mundo reliquerunt, & cribro impositi in alium abiêre mundum. Hoc ipso momentô *Trapezita*, mixturam, unde erant conflati, quoad externam speciem, encaustum redolere, interius vero Marcasitam auri esse deprehendit. *Charontem* itaque per litteras monuit, ad Minoem, Inferorum judicem eos ablegaret, sedilium vicem in suo tribunali subituros, quò simul ibidem, num ejus in judiciis marca seu nota inaurata moderari castigationem, aut crimine reos absolvere valeret, nec ne? accuratiùs observarent.

Posthæc comparebant clamosi quidam *Causidici* magnumque facientes strepitum, prægressos propellebant, & adductis in medium propositionibus valde ridiculis & à proposito alienis à *Mensario* etiam atque etiam petebant, linguis ut faveret: Ille vero istorum nugis obsurdescens, statìm ac penitiùs introspexerat, exploratos sine ulteriori cunctatione dimisit, comperiitque, eos ex Argen-

to vivo constare, id quod manifesto erat indicio, turbæ hujus opera valdè instabilia esse, quippe quæ condensari haut poterant; interim tamen aurum æque ac argentum pertinaciter amplectebantur. Quare ex hisce, mediante violentiori ignis gradu, Mercurium præcipitatum præparari jussit ad restaurandos callosos Litigiosorum fonticulos, ut tanto copiosius fluerent, corpusque sufficienter à saburrâ expurgarent.

Postmodum comparebant Medici barbâ oblongâ incedentes, qui factâ honoris (quem necessariò sibi deberi contendebant) mentione festinatam postulabant expeditionem: Mors vero in memoriam revocans, quòd sæpe numerò singularem horum erga se favorem fuerit experta, admodum humaniter eos ablegavit, factôque prius experimento, invenit horum misturam conflatam ex Marcasita argenti, quæ argenti vivi sed mortificati ita quidem naturam participat, ut voluntas eorum, atque studium, quô ad amplectendum aurum feruntur, quodammodo obtecta deprehendatur: Rogavit itaque Charontem, scriptis propterea ad eum litteris, amicitiâ illos suâ, & affectu benevolo dignaretur, atque incurabiles Damnatorum morbos ipsis sanandos offerret; ad satisfaciendum avidissimæ cupiditati, quâ concitati celebrem praxin plurimosque quotidiè ægrotantes (ut tantô majorem inde pecuniarum vim lucrentur) curæ suæ committi desiderant.

Paullò pòst quidam milites, cum magnâ arrogan-

rogantiâ prodibant, qui nihil quicquam postulantes satis licenter progrediebantur, quos tamen inter ambulandum cùm exploràsset, invenit metallum quô turgebant, nihil nisi ferrum esse, ob violenta, plenaque impietatis opera, admodùm rubiginosum. Monuit igitur *Charontem*; posse hos tales *Cerbero* adjungi, ut unà cum illo ad orcum excubias agant: at verò, cùm jam medio in itinere essent, rubigo ferri litteras, quas secum sumserant, ita deleverat, consumseratque, ut intelligi amplius haut possent; hinc ad *Charontem* cùm pervenissent, isque quorsum gentem hanc ablegaret, in dubio hæreret, tandem, impetrato à Morte novo mandato; id illis negotii dedit, ut Dæmonum sordes atque latrinas expurgarent.

Hos sequebatur infinitus Artificum numerus, qui uno ore litteras rogitabant: Trapezita statìm illos ablegans, probansque deprehendit, Chimiam horum nil nisi Cuprum viridi colore obductum, quò apertè demonstratur, artes, quas exercent, nil nisi lucrum captare, in id unicè intentas ut major subinde quæstus fiat. Quare in mandatis etiam acceperat *Charon*, ex illis caldaria conficeret, in quibus obstinati elixarentur.

Interea Mercatores schedas suas in manibus habentes, appropinquabant atque maturam expectebant ablegationem: hos ubi probàsset Mors, in illis deprehendit notam aurichalci; talis metalli, quod ipsum colore suo aurum refert, æque ac horum opera & actiones exteriùs quidem insigni fidei

splen-

splendore coruscantes, internè verò fraude & fallaciis plurimum repletæ, certissimum præbebant indicium, metallum, ex quô constarent, aurichalco minimè quidem præstare: proinde scribebatur ad *Charontem*, rumorem spargeret, fidem horum ad centum millia Imperialium adscendere, intereà tamen eos ipsos *Ixionis* rotæ imponeret, usque dum tempus advenerit, quò volvendo Sisyphi saxo destinarentur, quô quidem in negotio longè majorem sperare successum possent, quandoquidem quô pactô cambium & partitiones fieri artificiosè, astuque tractari deberent, tanquam sat callidi patarii, jam dum ad unguem callerent.

Comparuerant postea honestâ & liberali satis facie mulieres, quæ pariter ad Vitæ Mercatum profectæ, hinc iterum discedere cogebantur. Has proinde Mors dimissura exploravit, reperitque, earum mixturam ex stanno conflatam esse, quod tamen totum ferè in Lithargyrium argenteum, propter aquas fortes, commutatum fuerat. Quare per litteras revocavit, jussitq; ut cum Carbonib. accensis ad Fusionem reverterentur, quò magis adhuc refinari seu depurari possent.

Vix dimissæ fuerant hæ feminæ, cùm ingens vagabundi & volatilis ingenii multitudo compareret, festinatam postulans absolutionem. Hos omnes facili negotio Mors transmiserat, exploraveratque. Quô factô, mineram horum ex antimonio, singulorumque opera & actiones maximè intricatas, fraudi involutas, atque simulatas esse de-

deprehendit. Curavit itaque illos in pulverem reduci, cujus beneficio cætera metalla *refinarentur*.

Sequebatur hos maxima utriusque sexus, omnisque ætatis atque professionis hominum frequentia, discessumque urgebat. Singuli statim amandati, exploratique fuerant, deprehensumque est, cujuslibet mixturam ex Tutiâ constare, quæ ad tentationum, & illecebrarum mundanarum ignem spissitudinem contraxerat; scripsit proinde ad *Charontem* Mensarius, exinde collyrium in plumbeo mortario conficeret, ad medendum fistulis lacrymalibus damnatorum.

Qui adhuc restabant, non nisi pauperes, discalceati, male vestiti, & debiliores homunculi fuerant, qui cùm nullâ planè mensariorum vel familiaritate, vel amicitiâ uterentur, in medio relicti sunt. Et quoniam tam inopes miserèque constituti comparebant, Trapezita ibi fortè commoratus, ut audientiam miseris præstaret, ex illis, quid nundinati, quid negotiati essent, percontabatur? Illi verò: Valdè pauperes (ajunt) ad mercatum venimus, adeoque parùm potuimus negotiari; interim omnem molestiam æquo & patienti animo pertulimus; quodsi ob parvam nimis summam credere nobis renuis, gratis, quæso, sponteque propriâ exitum rogantibus permitte, quantum nostræ acquirere vires poterunt, id omne, ut tibi satisfiat, impendere studebimus. Inter hæc Mors rem omnem cogitatione sedulò volutans; ac in mentem revocans, eos nullâ planè circa lapidem no-

nota relicta discessisse, statim, ut experimentum caperet, in terram eos ablegavit, simulq; exploravit. tùm verò (mirabile visu!) vix finitâ exploratione corpus quidem, non aliter ac præcedentium, in frigidam terram resolvebatur, anima autem manifestam puri puti auri notam exhibebat. Quæ quidem res *Mortem* in tantam admirationem rapuit, ut (quasi lapidi suo non satis fideret, siquidem tàm lacerâ indutos veste viderat,) novum pararet cementum, quô peracto, comperit, non solum, ut antea, metallum eos permanere pulcherrimum, verùm etiam, in perfectam medicinam, unde simile huic produci metallum posset, commutatos esse. Quare confestim adornavit litteras cambii, sigillis inauratis obsignatas, ubi mandatum continebatur, ut campi illis Elysii assignarentur; quippe â quibus minimè propterea instituta in Vitæ Nundinis negotiatio fuerat, ut in curiosâ vanitate, ambitione, divitiis, atque voluptatibus lucrum facerent, sed potius ut opera sancta, bona, actionesque virtuosas, veluti probas, atque pretiosas merces, sibi compararent.

Id omne cum oculis suis usurpasset *Experientia*, non parva sanè mentem subiit admiratio, considerantem, præsertim tàm divites, quàm pauperes, tamq; dominos, quàm subditos, ad *Mortis* explorationem & cementum in paucam terram & leves cineres resolvi, atque commutari. Hæc verò animadvertens *Ratio*; parùm (inquit,) talis nocebit mutatio, dummodò pars residua probæ notæ fuerit, qualem quidem ultimò advenientium fuisse,

perspicuè vidisti. Res verò omnium pessima est, quòd, qui præ reliquis honore afficiuntur, & magnâ nominis celebritate atque existimatione gaudent, quique veluti magnarii maxima in mundo negotia gerunt, nil nisi vilissimam sordibusque refertissimam mineram, & maledictum metallum retineant, ita ut mala illorum opera non nisi Inferno digna sint. Tu verò, quæ cujusque exitum propriis vidisti oculis, simulq; observasti unum quemlibet ad *Mortis* cementum nudum planè, & stulta suâ opinione exutum remanere, nec quicquã, præter bona vel mala opera, secum auferre, admone, quæso, omnes & singulos, facque, ut vel manibus palpent, omnia hujus vitæ commoda & plerasque mundi opiniones, quas circa præsentem vitam mirè sibi blandientes fovent, nil nisi meram vanitatem esse, quæ quidem celerrimo pede præterire atque evanescere consuevit. Ostende illis, & reipsâ demonstra divitias, dignitates, honorés, omnemque fastum hîc relinqui, omnesque alias mundi hujus pollicitationes & splendidissima promissa eos tandem deserere, neque esse, in tanto rerum apparatu, nisi bona opera & laudabilės virtutum actiones, quæ emigraturis, fidi instar Achatis, comites sese adjungant. Quare inter homines ambulans hanc tàm absurdam opinionem cujusque capiti exime, daque operam, ut quicquid hic mecum contemplata es, ipso rerum usu, ipsoq; experimento edoceantur. Hortare, quæso, in id unicè incumbant, ut in hoc mundo non tam corporis com-

commoditati studeant, quam potius animam omni virtutum, atque laudabilium actionum genere exornent, quandoquidem utrumque hîc relinquere oportet. In mentem illis revoca, ad cementum, cui hicce Trapezita eos explorandos subjiciet, tantam illorum ignorantiam (nisi fortè citiùs ita evenerit) certò certiùs manifestatum iri.

Nullibi deero, respondebat *Experientia*, quin potius, cùm singulis horis inter vivos degam, faxo, ut, quæcunque à me visa sunt, manibus palpent, & oblatis vel mille quotidie exemplis convincantur. Credant postmodum mihi; si velint. Ubique sanè, omnibusque modis, quicquid olim *Experientiæ*, magistræ suæ, credere noluerant, tandem reipsâ experientur.

FINIS.